


69.

BIBLIOTHECA A CAROLO JEDVARDA BONDE COLLECTA.



60620/*

BESCHAFFT AUS MITTELN DER



*Carl Friedrich von Siemens
Stiftung*

8

416 106 151 400 17



W 8 Vetus 1460

GEORGI STIERNHIELMI
ANTICLUVE-
RIUS.

sive
Scriptum brevè,
Phil. 20 JOHANNI CLUVERIO Dantisco-
Boruffo oppositum :

GENTIS GOTHICÆ
ORIGINEM

Et
Antiquissimam in Scandia vel Scan-
dinavia Sedem Vindicans,
ut & ejusdem

DE HYPERBOREIS

Difertatio brevis.
Opuscula posthuma
indice aucta.

H O L M I Æ,

Sumptibus & Typis Henrici Keyfers,
Typogr. Reg. Anno 1685.

S.^a R.^a M.^{ris}

Senatori, Cancellariæ Directori,
&
Academiae Aboënsis Cancellario,

ILLUSTRISSIMO,
Excellentissimoq; DOMINO
Dn. BENEDICTO

OXENSTERNÆ

Comiti de Korsholm & Wasa/
Lib. Baroni de Møreby/

Domino de Rosenberg / Capurie
& Rattila &c.

Patrono benignissimo.

D.D.D.

Illustrissime Comes

Gothorum sedem Antiquissimam esse Scandinaviam, sive Scandinaviam, unde olim egressi, multitudine sua, instar diluvij aliorum terras inundarunt, non modo Jormandis ipsorum Episcopi & Historici, verum etiam exterorum in Italia, Hispania, Gallia & Anglia, Scriptorum testimoniis comprobatur. Domestici eadem firmant, non scriptis tantum modernis, sed Antiquissimis Literis Runicis, quas rupibus prægrandibus & columnis Saxeis incisas, nostra adhuc tempora oculis objiciunt, qua in memoriam olim præclarorum heroum in Asia, Græcia, Italia, Francia, Lombardia, Scythia australi, atq; ad Tanaim vel aliis Regionibus militantium, erecta fuerunt. Horum origo etsi tam firmis nitatur Documentis, Germanorum tamen nonnulli, & viciniore Scriptores eandem infringere, & sibi vendicare conantur, studio omnes rapti, tam gloriosam Gentem ex se natam, in terrarum orbem diffusam, probandi. Verum inter hos unus est inventus Johannes Cluverius, qui Gothorum Originem quasi ex Latebris & Reecessibus Borussiae & Cassubia, quibus diu condita, clausaque fuerit, nunc eruere, & Mundo palam facere, idq; non tam firmis Scriptorum Testimoniis, quam à se confictis arguentis probare annixus est. Hac olim videns Nobilissimus Doctissimusque Georgius Stier-

nehiclm, abstinere non potuit, quin has in gentem nostram injurias vindicaret, scriptumque hoc, falsis ejus Commentis opponeret; Et quamquam, dum viveret, hoc omninò publicare decrevit, morte tamen preventus, desideria sua explere non potuit. Sed ne per eum etiam periret Scriptum, placuit dudum Antiquitatum Patronis, ut in publicum daretur, non quod Materia tam fecunda, non auctior longe, ex optimis Scriptoribus amplificari, pro gente nostra possit, sed ut hoc modo in Memoriam Authoris ederetur, pro ut ab ipso primum est conscriptum, post hæc alios inventura, quæ andem innumeris Testimoniis de novo illustrare tentabunt. Scripsit etiam vir Doctissimus nonnulla de Hyperboreis, quæ hic appendicis loco, ne pereant, addita sunt. Hæc jam Tibi, Illustrissime Comes, ut Literarum Patrono, & quod nobis magna benignitate præsis, offero, atque hoc Titulo grata futura spero, cum Materia satis sit nobilis, omnesq; ad Originem gentis suæ cognoscendam, natura quodam impetu ferantur. Verum ne diu Te Magne Mæcenæ, ardua maximi Regis trahant em negotia detineam, hæc te claudio. Deum obsecrans immortalem, ut Te sospitem ac incolumem, quam diutissime nobis servet.

Illustriss: Excell: Tuæ

Holmiæ 6 Majj
1685.

Humilimus Cultor

JOHAN HADORPHIUS.



DISSERTATIO PRIMA.

Qvi GOTHIS? Et quæ vera Gothorum
Patria & antiqvæ Sedes?

Gentis Gothicæ, universo iam Mundo, & cunctis omnium Nationum Scriptoribus celebratissimæ, Sedes & Patria, à primis usq; temporibus, & NOACHIDARUM ex Asia migrationibus, antiquissima & hereditaria, est GOTHIA, quam hodie etiamnum incolunt, in immensa illa Peninsula, Gentium vagina, SCANDIA sita, intra fines Regni SVECIÆ, quod ex duobus diversorum nominum, unius verò originis & lingvæ populis, SVEONIBUS & GOTHIS, jam olim in unum coaluit; ubi duabus itidem, à regionum inter se situ mutuo, appellationibus, in OSTROGOTHIAM & WESTROGOTHIAM distingvitur. Atque hæc, constans, propria ac perpetua, post primam ex Asia mi-
gratio-

A

(2)
grationem, est GOTHORUM
patria; Extra quam, nusquam ter-
rarum, nomē GOTHICUM, ni-
si pergrinum & adventitium,
celebratur. Id quod præter omni-
um populorum, & omnis ævi
Authorum, unanimum consen-
sum, etiam Sacro- Sanctarum
LEGUM nostrarū vetustissimo
ac veridico Oraculo comproba-
tur.

Vnus inventus est, *Philippus
Cluverius, Dantisco-Borussus*,
vir alias doctus & multæ lectio-
nis, qui præpostero in patriam
amore raptus, in libro, quæ
de ANTIQVA GERMANIA
inscripsit, toti Antiquitati, &
Mundo jam olim receptæ veri-
tati, se opponere ausus est. Nul-
lum majus existimans se Genti
sux conciliaturum decus, quam
si GOTHORUM nomen & se-
des antiquo loco motas, in Bo-
russos suos, vel obscuri nominis
Cassubos, quoquo molimine
traducere posset. Atque hic
præcipuus videtur finis ipsius fu-
isse

(3)
isse conscribendi dicti libri; in
quo ab ipso frontispicio ad cal-
cem usque, cauto Lectori palā
erit, hoc unum illum unice
agere, ut clam & palam, directè
& obliquè, per cuniculos pluri-
mum, & quasi aliud agendo,
GOTHICARUM sedum fun-
damenta infirmet & convellat;
usque dum versus finem, vi aper-
tā, nullam non machinam ad-
moveat, ut nimis jam longo
tempore stabilita & firmata,
penitus concutiat & subruat. Ve-
rum, omnino frustra. Nec
enim ulli, quod sciam, cordato,
huc usque vel dubitationem
saltem inducere potuit; nedum
ut persuaderet. Ô quanto soliti-
us decus! quanto gloriam mi-
nus dubitatam patriæ suæ con-
ciliaret, si domesticis potius or-
namentis, quæ ipsi deesse non
possunt, quam furto vel fraude
conquisitis alienis, eam illustrè
ac mundo conspicuam reddere
malluisset.

Gothos igitur (verba sunt Cluve-

(4)

rii); sive ut alij vocant GOTTHOS, eandem esse ajo, Germanici generis nationem, quam vetustissimi Authorum dixerunt GUTTONES GUTONES, GYTHONES, GOTHONES, atq; GOTONES. Idq; colligo primo ex ipso vocabulo, quod priscis Germanis fuit thi Goten. Unde modo dicta formationes Graecae atque Latinae. Posterioris aevi Scriptoribus dicti sunt GOTHI; Quemadmodum Frisones etiam Frisij; & Francones, Franci; Burgundiones, Burgundij; Lugiones, Lugij; & id genus alia. Quid hic, mi Cluveri, te occaecat? cur in vitium tantoperè in alijs reprehensum, ipse incurris, ut Goropium Becanum, Beatum Rhenanum, & alios, quos graviter hoc nomine corripis, taceam. Lib. 3. c. 39. Ortelium hunc in morem castigas: Nimirum, inqis, Ortelio, ut plerisq; nostrae aetatis Geographis, nihil usitatus, nihil receptius, quam levem nominis adlusionem in quavis regione, ac loco, sine acriori ali-

qua

vid. Lat. lib. 10. initio. p. 553. & ibid Rhe. nan. contra sentientes.

(5)

qua rei disquisitione, temerè sequi. Quae ratio est γεωγραφικῶν, pessima fuit, semperque erit. Rectè sentis, rectius acturus, si ipsemet, ne faceres, caveres. Opus erat hic acriori disquisitione, nū ut probatis Authoribus Frisij ijdem cum Frisionibus? Burgundi ijdem cum Burgundionibus, etc. ita & GOTHI ijdem sint cum GOTHONIBUS. Evolve universos, excute cūctas qui de Gotis aliquid scribunt, non credo usquam ulli indifferenter & reciproce usurpatū reperiri GOTONUM, vel GYTHONUM, pro GOTHORUM nomine. Si tantum valet una nominis adlusion, cur non GOTHINOS GOTHOS facis? Quos terga Marcomannorum & Quadorū claudere ait Tacitus; Quorumque patria tāto erat propior sedibus posterioribus Gothorū in Dacia ad Danubium & Pontum. Quin & ijdem ipsi GOTHINI, Claudiano & alijs vocati sunt GO-

Grot. proleg. p. 17. hos omnes emident facit populum.

(6)

*Etiā non-
nulla exem-
plaria Goth-
ungi habent
h. e. Gotho-
rum sobo-
les, B. g.
enim est Go-
thicum vo-
cabulum
quod signi-
ficat pullum
sive proge-
niem.*

THUNI. Et certe min⁹ mirarer,
si in hisce delirares, quā in il-
lis. Hic n. Authores habuisses,
quos sectatus fuisses magni no-
minis viros, nec Te minus do-
ctos; Ranzovium nimirum, qui
in Bruni urbium opere scribit,
Gothunos. Gotlandh insulam
maris Sævici habitare: Et qui
ei suffragatur, Andreā Velle-
jum, teste Ortelio, in Thes.
Geograph.

Ad Secundum Cluverii Ar-
gumentum properemus, quod
quia consistit partim in refuta-
tione, partim in approbatione
ipsius Historiæ Jornandis, ean-
dem cum ipsius Cluverii adpa-
ratu & præfamine, huc trans-
scribere ne pigeat. *Sed res ea,
inquit Cluverius, uti plana red-
datur, fabula Jornandis, quibus
contaminavit potius quam illustra-
vit Gentem eam, detogenda
sunt. Quamquam non Jornandis
denuum hac puto fuisse figmen-*

ta,

(7)

*ta, sed Ablabij & Dexippi,
qui ante ipsum Gothorum res
scripto mandarunt, quosque i-
pse citat. His igitur haud du-
bîe Auctoribus, originem Gen-
tis Jornandes ante Herculeā
tempora deducere conatur ex in-
sula Septentrionis, ut putabatur,
SCANZIA: (Norvagiā Sæve-
diamque nunc esse, cum reliquis
ultrâ terris suo loco ostendetur)
quam ob id ipsum Faginam vocat
nationum, & Officinam gentium.*

*Qua in re egregium se præbuit
ineptissimarum nugarum etiam
posterioribus hominibus ducem:
primum Paulo Diacono, uti is ex
eadem regione suos quam falsissi-
mè originaretur Longobardos.
Dein nostri seculi Scriptoribus qui
indiderunt Alemannos, Francos,
Saxones, atque alios protulerunt:
ut satis abunde supra o-
stensum est. Sed verba Jornan-
dis paulò pleniora huc adpo-
nere liceat: Quia, ex his ipsis,
veritas postea erit eruenda. Sub*

A 4

ini-

(8)

initium igitur Libri sui de rebus Gothicis : *Ex hac, inquit, SCANZIA insula, quasi officina Gentium, aut cerè velut Vaginà nationum, cum Rege suo, nomine BERICH, GOTHI quondam memorantur egressi, qui, ut primum e navibus exeuntes, terras attingere, ilicò loco nomen dederunt : Nam hodiè illic, ut fertur, GOTHISCANZIA vocatur. Undè mox promoventes, ad sedeis ULMERUGORUM, qui tunc, Oceani ripas insidebant, castrametati sunt, eosque commisso pralio, proprijs sedibus pepulerunt, eorumque vicinos WANDALOS, iam tunc subjugantes, suis applicuere victorijs. Ibi verò (magnà populi numerositate crescente, etiam penè Quinto Rege regnante post Berich) FILIMER Filio GONDARICI, consilium sedit, ut exindè cum familijs Gothorū promoveret exercitus. Qui aptissimas sedeis, locaque dum quæreret congrua, pervenit ad SCHYTIAE terras, quæ lingvâ eorum OU-*

(9)

OUIN vocabantur, ubi delectato magnâ ubertate regionum exercitu, & medietate transposita, pons dicitur, undè amnem trajeceerat, miserabiliter corruisse; nec ulterius jam cuiquam licuit ire, aut redire. Hac igitur pars Gothorum, quæ à Filimer dicitur in terras Ouin, emenso amne transposita, optatum potita solum. Nec mora, ilicò ad gentem SPALORUM adveniunt, consertoque pralio, victoriam adipiscuntur.

Exindeque jam velut victores ad extremam Schytia partem, quæ Pontico mari vicina est, properant: quemadmodum & in priscis eorum Carminibus, penè Historico ritu, in commune recolitur, quod & Ablabius, descriptor GOTHORUM gentis egregius, verissimâ attestatur Historiâ. Huc usque verba Jornandis. Quæ, quo pacto examinet, & ad veritatem eruendam, ut dicit, carminet Cluverius, nunc dispiendum.

secundum argumentum sumo,
A 5 inquit

(10)

inquit Cluverius, ex ipsa Historia Jornandis. Qui, quamvis ex Scandia, in quam Ptolomaei tempore, ut infra ostendetur, fuere ejusdem ferè nominis populi GUTÆ sive GUTI, hodieque the Gudste dicti, & regio Gudlandh & Gullandh; (unde occasio Fabularum) GOTHOS suos ante Trojana Herculeaque tempora, falso deducat: tamen in eo veritatem prodit, quod circa Vistula ostia eos quorundam egisse, inque conterminos Ulmerugos Vandalosque bella, Duce Bericho, movisse, tradit: quorum illos fuisse Taciti Rugios. Gothonibus circa Hamersteen & fontem Viperæ conterminos: Has verò VII. illas nationes, quæ ultra Langobardos, inter Albim Viadrumque, ad Oceanum usque, sive mare Suevicum, unum conficiebant corpus, unamque quasi civitatem, suo loco ostendam. Nec falsus est in eo, quod partem tantum Gothorum trans Vistulam in Schythiam ad Maotin paludem Filimero duce, profectam narrat:

par.

(11)

partem verò cis Vistulam, atque in ejus insulis remansisse, qui postea conterminæ sibi Burgundionum nationi, alijsque juxta populis, bellum, Fastidâ duce, intulerunt: moxque reliquos trans Vistulam in Daciam sequuti sunt. De loco etiam illa Gothi Scanzia verà ex parte esse narrationem infra aperiam. Imò Cluveri, veram in totum fortè prodideris, si dixeris, Gothi Scanziam esse, quod etiam hodie ad Gotlandiæ promontorium boreale vocatur Gothschsäd. id quod etiã innuere videtur lectio in quibusdam Jornandis exemplaribus, ex hac voce corrupta, Gothi Scandia, absque quo errare non potest Cranzius, ubi dicit, se existimare Gothi Scanziam hodiè Gotlandiam appellari, quam primum egressi è Patria sua Gothi infedere, ut ex antiquissima traditione memorat Jornandes. Sed hic non erit præcipitandum judicium; Alibi n. dicit Cranzius Gothi-
Scan-

(12)

Scanziam esse Dantiscum. vide pag. 637.

At, dicis, falsum esse puto, quod pontis collapsu, partem alteram ulteriore ripa praeclusam tradidit; peritiores quippe prisca illi Germani fuere trajiciendorum fluminum, quam ut eos pontis inopia retinere potuisset. Hac igitur causa aequè falsa est atque ea, quam indignationi ex imposito Gepidarum cognomento orta, imputat. Falluntur circa hanc Historiam etiam quam vehementissime ij, qui flumen à Gothis trajectum, ex regionis vocabulo Ovin, interpretantur Obium, ultimū Europae, ab Oriente astivo, terminum. Vistulam intelligere Jornandem, patet primum ex eo, quod hoc flumine Scythiam à Germania determinat: tum v. maximè inde, quod postea partem Gothorum, cis Flumen remanentem, in Vistulae insula egisse, bellumque cum Burgundionibus gessisse tradit. De reliquo verazā hinc iterū sunt ista: Exinde jam velut victores,

Cluverius, Ovin dicit fuisse Prussiam, & pontem extructū fuisse super Vistulam pag. 686.

(13)

victores, ad extremam Scythiae partem, quae Pontico mari vicina est, properant, quemadmodum & in prisca eorum carminibus, penè Historico ritu, in communi recollitur. Quod & Ablabius descriptor Gothorum gentis egregius, verissimā attestatur Historiā: Nempe solito illo omnium Germanorum more, expeditionem istam posteri Gothorum CLX circiter annis post, aetate Jornandis, carminibus sive cantibus celebrarunt. Nec Ego dubito, quin multò veriora Ablabius iste, de hac expeditione tradiderit. Et paulò post: Credibile igitur est, post Taciti tempora, qui postremus eos ad Vistulam memorat (nam de Ptolomaeo incertum est, utrum is ex antiquissimis scriptoribus GYTHONUM promiserit nomen: an verò ejus aetate adhuc prisca in finibus fuerint) à Vistula ostijs atque patrijs sedibus migrasse eos primum versus orientem brumalem ad Maotin lacum: Inde verò regressos versus occidentem brumalem ad Bory-

(14)

Borysthenem ac Pontum, Getarumque illic sineis, in quibus tandem confederunt, gente eorum in duas partes inibi distincta: quorum alteri ad Orientem versus ac Pontum incolentes, dicti sunt à mundi regione THI OOSTGOTON, id est, Gothi Orientales; alteri in Occidentem & Germaniam versus, THI WESTGOTON, id est Gothi Occidentales, &c. Deinceps postquam de tempore expeditionum, primæ Filimeri, & posterioris Fastidæ, & Gepidarum morâ quædam adjecerat, triumphabundus Epinicion canit Cluverius in hunc modum, *Hæc igitur fuit nobilissima illa totius Germania, unis exceptis Cimbris Teutonisque, & antiquissima gens GUTTONUM, sive GOTHONUM, jam inde à Pythæe, vetustissimi Scriptoris ævo, id est, annis ante natum Iesum CCL, Gracarum literarum monumentis celebrata: Post Taciti verò tempora, per omnem ferè Europam, partemque Asiæ (& hoc*
Supra

(15)

superavit Cimbros) armis famosissima; ubi jam Gothi dicti sunt, & improprio, quod per errorem irrepit, vocabulo, GETÆ; quos verà Germanaque origine hæctenus per tot seculorum spatium abalienatos, suis tandem restituisse sedibus mihi gaudeo, communi verò patriæ gratulor. Facinus meherclè βασιλευς, & tam magnifico Pæane dignum!

Lubuit autem verbotim totū hoc argumentum describere, ut quæ ipsi vis insit, omnes mecum pariter dignoscant. Mera n. verba sunt, nec Ego profecto, ut omnes nervos intendam, ullum in toto hoc argumentationis genere nervum invenio. Iornandes, prout tibi lubet, jam vera, jam falsa dicere cogitur, variè miser circumagitur; roditur, vexatur, ut id, quod tu vis, dicat, cogiret.

Falsum hoc, inquis, Illud verum est. Falsum, quòd egressi sunt è Scandia; Verum quod sedes habuerint circa Ostia Vi-
stulæ

(16)

stulæ. Cur illud falsum magis,
quam hoc verum? Qui cre-
dam? quis dixit? *avlos iφα. Dij*
boni, quæ frons viri! *Jornan-*
dem, ipsum natione Gothum:
Virum doctum & religiosum,
Episcopum scilicet, & Gentis suæ
ex professo Historicum, floren-
tem sub Imp. Justiniano, non
ultra 160. circiter annis ab e-
gressu Majorum suorum (non
primo egressu, ut supputat, &
falso asserit Cluverius ipse) ex
oris littoralibus maris Balthi-
ci, memorijs & carminibus gen-
tilitijs, & super hæc, Ablabio,
Dexippo, Dione Græco, & alijs,
qui Gothica & Gethica ante ip-
sius ævum scripserant, Auctori-
bus suffultum, *Jornandem*, Mun-
do jam olim probatum & re-
ceptum Scriptorem: Hunc in-
quã, virum meris conjecturis &
nugacissimis argutationibus, ne-
peius dicam, mendacij & vani-
tatis convincere niti! *Sed in-*
quis, GUTARUM nomen homi-
nem decepit. Illi enim ejus-
dem

(17)

dem ferè nominis populus, Ptolomæi
tempore in Scandia (quæ ni-
mirum Sveciam & Norvegiam
comprehendit) fuere, atque hinc
occafio Fabularum. Verum est,
in insulis Scandiæ sunt Gutæ:
iidemque quos Gauti-gothos ap-
pellat ipse *Jornandes*; nec in
horum nomine errare potuit,
ut tu nudè, & absque omnis ra-
tionis saltem specie, asseris.
Nec mirum: cum etiam Aucto-
res, quos ipse nunquam videras,
Ablabium et Dexippum, impu-
denter nimis, & plusquam cen-
soria potestate, absque ullo pro-
babilis notæ indicio, Senatu
Historico movere præsumas:
Quamquam ipse tibi non con-
stans, alicubi te non dubitare
dicas, quin Ablabius ipse, ve-
riora quam *Jornandes* prodiderit.
De Carminum gentilitiorum
authoritate quid dicam? De ijs,
inquã, quæ dicit Numen tuum Ta-
citus, unum apud Germanos me-
moriæ & Annaliū genus esse; ea
apud *Jornandē* tibi fabulæ sunt &
B liræ;

liræ: apud *Tacitum* monumen-
ta plusquam ænea, & omni ex-
ceptione majora: absque hisce
nim esset, nullus vobis Deus es-
set TUISCON, nullus MAN-
NUS, origo conditoresq; gentis:
Me certe piget, & pudet iniqui-
ratum tuarum! priusquam au-
tem ad id, quod caput rei est,
descendamus, paulisper excute-
re liceat veritissimos illos, quos
laudat *Cluverius*, Auctores, quo-
rum beneficio GOTHOS verâ
germanaque origine hactenus
per tot seculorum spatium aba-
lienos, suis tandem restituisse
sedibus, sibi, communiq; pa-
trix tantoperè congratulatur.
Horum antiquissimus est PY-
THEAS, Massiliensis patriâ,
Scriptor Græcus; quem vixisse
ait, circiter CCL annis ante
Nat. Christi. Eum citat *Plini-
us*, de Succino differens, lib. 37.
cap. 2. in hæc verba: *Pytheas
credidit GUTTONIBUS, Ger-
mania Genti, accoli æstuarium O-
ceani, Mentonomon nomine, spatio
stadi-*

*De Tuscone
& Manno
loquitur La-
zins lib. 1.
pag. 16. &
17.
Nomina pro
culdubio ab
Ægyptiorum
Theus &
menas sum-
pta, ut sen-
sit Bochar-
tus in suo
Chanaan
lib. 1. c. 4. 2.*

*stadium sex millium. Ab hoc di-
ei navigatione abesse insulam A-
balum: illò vere fluctibus advehi
(scilicet Succinū) & esse concre-
ti maris purgamentum: incolas
pro ligno ad ignem uti eo, proxi-
misque Teutonibus vendere. Huic
& Timæus credidit: Sed insulam
Baltiam nominavit. Alter est
Plinius, qui Pytheam, sine du-
bio secutus, lib. 4. cap. 14.
ait: Germanorum genera V.
Vandali, quorum pars Burgundio-
nes, Varrini, Carini, Guttones.
Tacito sunt GOTHONES & GO-
TONES. Strabonem & Ptole-
maeum hisce adjungit, sed pro
more suo, ad suum sensum cor-
ruptos: Quamquam in illo se
facile tueatur manu censoria
Justi Lipsii, qui ad Annalium
2. Taciti, Strabonis illum lo-
cum in hunc modum vertit, &
evertit: (Loquitur a. Strabo
de Maroboduo Rege Macro-
mannorum) *Reversus a. regna-
vit, & subjecit sibi, præter prædi-
ctos Livios (Lips. omninò scribo**

Auyisc, five Lygios, quæ præci-
 pua Svevorum gens Tacito)
magnâ nationem, zuinos, Butones.
 (Lipsio lego Guthones) *Mugi-*
lonas, Sibinos, & inter ipsos Sve-
vos, magnum populum Semnonas,
 Si ita quidvis pro quovis legere
 licet, etiam absque codicû vari-
 atione, quid non legamus ?
Qvin & Cluverius eadem autho-
 ritate, cap. 35. lib. 3. Sibinos
 mutat in Sidinos. *Ptolomaum*
 quod attinet, vult eum eandem
 Guthorum gentem GYTHO-
 NES appellare. Verum *Ortel.*
 in Thef. Geograph; monet, *Peu-*
cerum ex NUITHONIBUS Ta-
 citi, facere GYTHONES, quod
 Ptolomæi, Adcò nihil us-
 que quaquam incorruptum ! Hi
 sunt vetustissimi illi scriptores,
 quorum indubitata fide & au-
 thoritate, GOTHOS ex SCAN-
 DIA in Cassubiam, veterem
 patriam reportat. Verum, ne-
 mo horum dixit unquam GU-
 TONES magis esse GOTHOS,
 quam GUTAS. Reliquos ut
 vel

vel Pythæ sectatores, vel dubi-
 os tecum transmittito; ad PY-
 THEAM, qui utramque apud
 te facit paginam, nos conver-
 tamus. Non quòd in eo quid-
 piam ad hanc causam sit mo-
 menti; Non n. ille contendit
 GUTTONES GOTHOS esse;
 Sed ut qua fide ipse causam hanc
 agas, quaque fide sit ille, in quo
 uno tibi sacra anchora, Mun-
 do manifestum evadat. Ne
 verò quis me mentiri suspice-
 tur, verba tua ipsius, quæ pro-
 ximè post *Plinii* de Pythæa su-
 præ allegatum locum sequun-
 tur, adcitabo. *BASILIAM* in-
 quis, *insulam esse eandem, quæ*
SCANDINAVIA eidem *Plinio*
vocatur, hodie Dania pars, cum
Svedia Norwagiaque, & ulteriori-
bus regionibus, Teutonisque Dani-
cas inhabitasse insulas, suo loco o-
stendetur. Ceterum, Succinum
ad Vistula Ostia, & in reliquo
Prussia litore, legi, omnibus &
lippis notum nunc est, & tonsori-
bus; ibidemque antiquissimis le-
 ctum

etum fuisse temporibus, pluribus
 infra ostendam. Igitur Pytheas,
 qui de Succini circa hoc littus le-
 ctione vera cognoverat, de GUT-
 TONIBUS etiam, adcolâ ejusdem
 litoris gente, quaedam haud fal-
 sa accepisse poterat; proinde fidem
 ei, hac in re, prorsus omnem de-
 rogare, haud facile sustinuerim:
 nec tamen falsa esse, quæ Tacitus
 super iisdem Gothonibus, peritiori
 jam gentium regionumque seculo,
 refert, opinari; poterat quidpe
 gens, quæ antea littus Oceani ad-
 colebat, posterioribus temporibus in
 interiora, sive per vim esse pulsa,
 sive sponte sua concessisse,

Certè Cluveri, hic non nimi-
 um fidei, ut mihi ex contextu
 orationis adparet, tribuis Pythea
 tuo. Sed hoc, credo, propter
 dissensum à Tacito, quem con-
 jecturâ, sanè non absurdâ, dein-
 de cum ipso Pythea concilias.
 Et ut mihi eadem valeat con-
 jectura; Poteratne GUTTO-
 NUM gens, si GOTHICA est,
 anteqvâ ad litora Oceani con-
 sedit

sedit, cò prioribus temporibus
 mari migrâsse, ex vicina sive
 ABALO, sive BASILIA, quæ
 tibi SCANDIA est, quæque
 non amplius diei navigatione,
 testimonio tui Pythea, à Men-
 tonomo & Guttonum litoribus,
 abest? Poterat, credo; Siqvi-
 dem verum est, quod refert Ta-
 citus, SUIONES (quorum par-
 tem GOTHOS esse asserimus)
 præter viros armaque, classibus va-
 luisset, nec id primû ævo Taciti.
 Deinde, mi Cluveri, quâdoquidè
 hic, à loco POSSE ad EST ar-
 gumentari libet; poterantne
 GUTTONES tui, alii esse à
 GOTHIS, si GOTHUNI alii
 sunt, si GETÆ alii sunt, si GU-
 TÆ vel GUTI alii sunt? Item
 si GOTHONES, mediterrane-
 us populus tui Taciti, alii sunt
 à GOTHINIS, item mediterrane-
 o populo ejusdem Taciti, in
 eadem Germania, eodem ævo;
 poterantne GUTTONES Py-
 thea gens maritima alia fuisse
 à GOTHONIBUS gente me-

(24)

diterranea Taciti? Ad tuam fidem jam, *Cluveri*, digredior, quâ fidem *Pythæa* stabilire conaris. *Igitur Pythæas*, inquis, *qui de Succini circa hoc litus latione, vera cognoverat, de Guttonibus, &c. quædam haud falsa accepisse poterat. De Vistulæ ostiis & Prussæ litore loqueris. Egonon video, Pythæa hic vera, sive cognovisse, sive dixisse. Nec enim dicit ille, succinū colligi circa Mentonomon, quod tu litora Prussæ interpretaris; Sed (ni nimium fallor) in ABALO.*

ILLO, enim vere ait fluctibus advehi. Nec ipse resistere potes alio loco, cap. sc. 38. ubi quædam quidem de Electro sive succino tibi sermo est, Auctorum necessariò adducendis locis obrutus, manus dare cogaris. Hic verò incautum Lectorem capere posse tibi persuadebas. Auctorum loca, quorum meministi, sunt, Primo ap. Plin. lib. 4. cap. 13. ubi de septentrionalibus Europæ terminis loquitur: Insula,
inquit

Vide Grotium de Reb. Goth. in Proleg. pag 3.

(25)

inquit, complures sine nominibus, eo situ traduntur; ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur BALTIA, abesse à Schytia diei cursu, in quam Veris tempore fluctibus electrum ejiciatur. Baltia quæ sit, patet ex eodem loco paulò infra. Xenophon Lampfacenus à litore Schytarum tridui navigatione, insulam esse immensa magnitudinis BALTIAM, tradit. Eamdem Pythæas BASILIAM nominat. Accedit Diodorus Sicul. lib. 5. Ex adverso Scythiæ quæ supra Galliam est, insula in Oceano est, quam BASILÆAM vocant; in hanc Electum largè à fluctibus ejicitur; (Addenda quæ studiose omittit Cluverius) Aliàs nusquam in Orbe terrarum se exhibens. Et paulo post: Succinum enim in insula (cujus jam facta mentio est) colligitur & ab incolis in adversam trajicitur continentem, per quam porrò in hac usque loca transfertur. Ex hisce jam patet, Abalum, Baltiam & Basiliam

candem esse, ut tu asseris, insulam SCANDIAM, in quam *Pytheas*, cum reliquis, dixit Electrum fluctibus advehi; non in litora Prussiae, circa quæ de lectione Succini, vera cognovisse, hoc loco fingit ille, *Pytheam*. Aliter loqui coactus alibi, sc. lib. 3. cap. 44. ubi de *Pythea*: Unde is etiam alio insuper errore multiplici implicatus, non in *Basilia* insula gigni, nec in *Aestiorum*, sive *Venedorum* *Guttonum*que litore legi tradidit. &c.

Cluverii itaque argumentum, optima ratione in hunc modum circumverti potest: Igitur *Pytheas*, qui de Succini lectione circa *Abalum* sive *Basiliam*, nihil veri cognovit; de *Guttonibus* etiam, adcolâ adversi litoris gente, quædam haud vera accepisse poterat; proinde fidem ei hac in re ullam tribuere, haud facile sustinuerim. In reliquis *Pytheam* ego non refellam; *Cluverius* quid agat, audiamus. *Id tamen omnino falsum,*

sum, inquit, *æstuarium* eos ἐξουχολον *sudion* id est, *millium passuum* 100 CL adcoluisse quidpè mare hoc, mihi patrium, eoque notius, æstus non patitur. Et totum licet hoc litus ab *Chaluso* flumine (hodie est *die Traue*) ad extremos usque *Livonia* finis permeiari; vix amplius VI. millibus stadiorum invenias; quantum litoris spatium unos tenuisse, *Pythea* atate, *Guttones*, nemo prudens saneaque mentis homo persuaderi facile sibi patiatur. Et paulò post: Unde jam certum fit, *æstuarium* hec appellasse *Pytheam*, id quod lacus hodie esse noscitur, inter *diætam* insulam, (*die Märinge*) & oppidum *Königsberg* vulgari nomine *das frische Haff*. Hæc *Cluver*.

Jam itaque, si cum *Pythea* tuo calculum ponamus, omniaque in tam paucis verbis comprehensa mendacia, subducamus, vereor, ut ulla veritatis mica in residuo inveniatur. Mentonomen dicit esse æstuarium; te docen-

docente aliter, mentitur. Tot millium stadiorum; te aliter docente, mentitur. Ad Abalum, vere fluctibus adveni succinum; te hiè dissimulante, mentitur. Incolas pro ligno eò uti: te hic ridente, mentitur.

Quid jam veri restat? *Interim*, inquis, lib. 3. cap. 44. *tamen nominavit Guttonum litus; nominavit item in eo æstuarium; & hujus longitudinè, quæ aliòquin ad Basiliam insulam nominasse nihil attinebat.* Si tamen vera

Vide ipsum
Cluverium
excusantem
plurima mē
dacia Py-
theæ, p. 665

sunt de Guttonum litore, quam sunt ea de æstuario, & ejusdem longitudine: non levis erit vis argumentationis tuæ:

GUTTONIBUS accoli æstuarium Oceani, Mentonomon nomine, qui tuto possum credere, si reliqua omnia sunt manifesta mendacia? Et tibi Cluveri, quis revelavit Guttones esse Gothos? Mentonomon esse *frisch-Haff*? Falsâ deprehensâ assignatâ longitudine æstuarii, quod nullum est; cessanteq;

santeqve argumento collectio- nis circa illa litora succini, quam tu quasi certam ex *Pytheæ* verbis, incauto Lectori obtrudere studebas.

Verum, ne *Cluverium* diutius suo cum *Pytheâ* detineam, lubet paulisper siparia tollere, universoqve cordatorum hominum teatro spectandum propinare, qualem, & quam idoneum Auctorem sibi delegerit, ad fucum mundo faciendum, *Cluverius*. Dignum profectò patellâ operculum! *Plinius*, quo loco illum allegat, hæc, pro argumento Capitis, leguntur verba: *Quæ mentiti sunt Auctores de Succino.* Egregia verò laus! & quæ non fides tanto auctori? qui *Plinio* in numero eorum qui mentiti sunt, recensetur. Et hunc eundem locum, quem præcipuum *Plinius* inter mendacia reponit, hunc *Cluverius* pro Oraculo nobis exhibet & commendat! Hic ille locus est, cujus veritate restitutum

tū sibi suæque patriæ GOTHORUM nomen tam serîo triumphat *Cluverius* ! *Strabo*, magnus ille Geographus, quem licet *Cluverius* ipse principem omnium Geographorum merito judicandum censet ; non leviter corripitur ab eodem, quod idem de *Pythæa* cum *Plinio* ferat iudicium. Pupillam enim tangit Domini, tibi Geogr. lib. 1. sic loquitur : *Quis mentis compos, intervallum quod à Borysthene ad Thulem ponit Pythæas, pro vero judicabit? cum & Pythæas, qui Thules historiam retulit, Homo MENDACISSIMUS sit inventus.* Et lib. 7. postquam docuisset : *Quæ in Germania trans Albim sunt ad Oceanum, Romanis prorsus esse ignota. Nam, inquit, neque priorum quemquam compertum habemus litus istud præternavigasse in orientem versus, ad Caspij maris usque fauceis: neque ultra Albim sit a Romani adiverunt: nec terrestri quidem itinere quisquam*

quam illa perlustravit. Et paulo post: *Eadem ignorantio est reliquorum ad septentrionem vergentium.* Tandem concludit : *Atque ignorantia horum locorum factum est, uti audirentur, qui Riphæa juga ac Hyperboreos commenti sūt: taliaque de Ora Oceani MENDACIA traderet PYTHEAS Massiliensis, præscriptione usus narrationis rerum cælestium & Mathematicarum.* O egregium Auctorem, novis Gothorum coloniis dignum ! Tertium in hanc fidem suffragium, adjungere libeat Scriptoris integerrimi, omniumque iudicio gravissimi, *POLYBII* : Ille lib. 3. in hunc sensum loquitur : *Quicquid inter Tanain & Narbonem ad septentrionem vergit, hætenus nobis est ignotum: nisi quid posthac curiosâ investigatione, de eo tractu didicerimus.* Qui de his Locis aliter loquuntur aut scribunt, pro imperitis & Fabularum concinnatoribus habendi sunt. Sed & libeat audire ipsam

ipsum *Strabonem*, *Polybii* iudiciū de *Pythea* referentem, lib. *Geograph.* 2. *Hunc*, inquit (sc. *Pytheam*) *perhibere refert Polybius*, de *THULE*, & *istis locis itā* narrare: *neque terram ibi porro esse, neque mare, neque aërem, sed quidpiam ex his concretum, pulmonis marini simile, in quo terra & mare sublimia pendeant, atque universa: hocque esse quasi vinculum universi, neque pedibus accessum, neque navibus: ac formam pulmonis seipsum vidisse, cetera auditu percepta referre* *Hæc Pytheam dicere; idque addere, inde reversum, quicquid Europæ regionum est ad Oceanum peragrasse, à Gadibus*

Pulchra in ad Tanaim usque. Polybius autem eandem sen id quoque incredibile ait esse, sentiam de privatum hominem, eumque pauperem, tantum spatii mari terrasque obivisse. Et post: Hic septentrionalem Europam universam, usque ad fines mundi perlustrasse se dicit, Quod ne Mercurio quidem dicenti crederes.

En

En ludunt & rident Scriptores totius mundo probatissimi, hominis vanissimi absurdissimas narratiunculas, simul & impudentissima MENDACIA. Hic ad vindicandum sibi patriæque suæ, augustum illud nomen *GOTHICUM*, *Cluverio* puppis proraqve est! in hoc sacra ipsi anchora! Jam postquam ab omnibus satis perspectum esse te, *Pythea*, confidam: hac te *Scena*, larvâ & phaleris nudatum, excedere jubeo. Te quoque *Cluveri* pulcherrimo triumpho ovâtem, ad *GUTTONES* tuos, bonâ cum gratia, dimitto. Ad *priscas*, inquam, *GUTTONUM* tuorum sedes. Nec n. de *GUTTONUM*, (quicumque illi fuerint) sanguine & gente, Tu, tuique populares gloriari magis potestis, quam *Turcæ* & *Arabes* hodiè terram sanctam incolentes, de semine *Abraham*, ut mox liquebit.

GOTHORUM itaque primam post emigrationem ex

C

SCY

Grot. i pro-
leg. p. 7. in
ju.

SCYTHIA Asiatica, candēque in hæc usque tempora, Dei beneficio singulari, tot annorum millibus perpetuatam Patriam in SCANDIA, intra fines potissimum Regni Sveciæ florentem, nemo facile, contra tot bonorum, tam recentium quam veterum Scriptorum auctoritatem, & omnium gentium assensum, loco moverit, & nunc demū ultra mare transportaverit. Quidquid n. absque certo Auctore vel ratione dicitur, eadem id facilitate contemnitur quā dicitur, juxta Canonem vulgatum.

GOTHORUM primas sedes fuisse circa ostia VISTULAE in BORUSSIA & CASSUBIA, primus & nulla ratione nixus, dixit *Cluverius*. *Pytheas*, quem prætendit, nusquam dixit, GUTTONES GOTHOS esse; Et si dixisset, certoque constaret eos ibi locorum, ubi vult *Cluverius*, confedisse: Quid vetat hoc minus Historiam *Jornandis* optimis Auctoribus, iisque partim ipsis Gothis, & patriis carimi-

Vid. Grot.
proleg. p.
18.

nibus, memoriisque subnixam, veram esse? GOTHOS nimirum ex Officina gentium, & vagra nationum SCANDIA egressos, in ULMERUGIA, Gothis linguâ patriâ HOLMERUGIA, nunc PRUSSIA castrametatos, incolas propriis sedibus pepulisse, ibidemque ad tempus constituisse; GEPIDASque tenuisse VIRIDARIAM insulam Vistulæ, hodiè die *Berder*, quibus ad meliores terras meantibus, eos qui ipsis successerunt, & postmodum VIRIDARII dicti sunt, ex diversis nationibus, ac si in unum asylum, aggregatos esse.

Excessere n. etiam post Gothos GEPIDÆ in universum, succedentibus vel revertentibus antè à Gothis expulsis gentibus, sive Germanis, sive Sarmaticis Venedis, Sclavis. Jam n. ante Taciti tempora ÆSTII litora illa tenuerunt, quos LETTI deinde in interiora versus Livoniam coarctaverunt, qui & ipsi ævo novissimo, à Germanis

CRUCIGERIS, qui hodie
PRUSSI indigitantur, in servi-
 tute[m] redacti sunt. Quod
ÆSTII litora illa tenuerint,
 non **GUTTONES**, multò mi-
 nus **GOTHI**, de suo ævo te-
 statur Tacitus. Ergò jam, inquit,
dextro[rum] uel uici maris litore ÆSTI-
ORUM gentes alluuntur. Et pau-
 lò post: Sed & mare scrutantur,
ac soli omnium succinum, quod
ipsi Glessum vocant, inter uada
atque in ipso litore legunt. His
 dem Æstii, aliter Hæsti etiam
 Theodorico Veronensi dicto,
AMALORUM, id est Ostro-
 Gothorum, in Italia Regi, suc-
 cina dono miserant; De quo
 ipsis gratias agit singulari Epi-
 stola, quæ legitur ap. *Cassiod. Va-*
riar. lib. 5. Quin & CARO-
LI MAGNI temporibus, nulli
 circa illa litora **GOTHI**, quo-
 rum celebratissimum per orbem
 terrarum nomen; Si ibi fuissent,
 nunquam reticuisset Eginhar-
 tus, qui Caroli Magni vitam
 conscribens, *Hunc*, inquit, *sinum,*
 Coda-

Codanum scilicet multa circumsi-
dent nationes: Dani siquidem &
Sueones, & quos Nortmannos vo-
camus, Septentrionale litus, &
omnes in eo insulas, tenent. At
litus australe Sclavi, & Aisti, &
alia diuersa incolunt nationes.
 Ad quem loc. Cluver. *Sclavi,*
inquit, tunc tenebant, à Vistula
ad Cimbrorum usque peninsulam.
Alia verò illa nationes, fuere
Venedi & Finni. Item de Aestis;
Quin etiam in hanc usque diem
nomen eorum incorruptum Ger-
manis permanet, in tertia totius
regionis parte, cujus incolæ vul-
gari vocabulo dicuntur de
GOCCEN. Hinc igitur certò
 concluditur, nullum nominis,
 apud Prussos, Gothici vestigi-
 um; nullam ne minimam qui-
 dem famam, tot seculis exti-
 tisse. Planè verò ridiculum est
 quod asserit Cluver. *Æstias gen-*
tem esse Germanicam; Eosque
non veretur imperitum vocare
Geographorum vulgus (pag. 686)
 qui ab aliis quam à Germanis,
 C 3 Jam

jam inde ab antiquissimis seculis, Prussiam ac Livoniam inhabitatas, potius quam posterioribus demum temporibus huc transgressos, opinantur, *Ptolomæi* imperitiam secutos. Rident certè hoc pueri & vetulæ, qui saltem unum *Æsthium* viderunt. Undè non immeritò, imò jure optimo, in *Cluverium* aliquis retorquere possit, quæ jacet ille fulmina in *Goropium*, cum inquit: *Tantane esse potuit huic homini, contra tot antiquos Auctores, Tacitum, Jornandem, Theodoricum Regem, & Eginhardum confidentia?* Et post: *Ipse Goropius, si sineis Æsthiorum satis ex dictis Auctoribus didicisset; neque ignorasset hodieque illic partem finium vocari Esten: ceriè fabulas tam absurdas cõfingere, nusquam sustinisset. Sed hoc unum ei videtur jam inde ab initio fuisse institutum, uti urbis sue Antverpiensis (ut Tu Gedanensis) primordia & antiquitatem in cælum usque, per vera per falsa eveheret.*

Qua

Qua licentiâ longius vagatus, omnes per terræ orbem gentes inter se confudit, cælumque, quod ajunt, terra miscuit. Deus bone, quam graphicè hiè se in *Goropio* depinxit! De quo alibi plura. Hos ille *AESTIOS*, populares, gentiles & Majores suos agnoscit, pag. 687. ubi: *De vita, inquit, ac moribus AESTIORUM hæc Tacitus: Frumenta, ceterosque fructus patientius, quam pro solitâ Germanorum inertia, laborant. Boni igitur, subjungit, agricolæ, bonique patres familias jam inde ab antiquissimis temporibus, PRUSSII nostri atque Livones.* Hoc scilicet erat quod volui. *AESTIORUM* virtute & sanguine gloriatur *Cluverius*, eos genus & gentem agnoscit & reveretur; De *GOTHIS* nihil habet quo se suosque venditet; nisi quod hi *AESTII*, in illorum sedes, undè tot seculis antè sua sponte, ad quærendum meliores terras, emigrarunt, successerant. Undè e-

mergit id quod antè dixi: Pa-
rem esse hanc gloriam *Cluverii*,
eorum qui ex abditissimis
Circassis oriundi, hodiè Palæsti-
nam incolunt, si velint genus &
stemma ducere ex semine A-
BRAHAM.

Ne verò super exitu hujus li-
tis, suspensum diutius teneam
benevolam Lectorem; visum
est ex innumeris, paucos in me-
dium adducere Auctores, quo-
rum testimoniis, de GOTHO-
RUM in Scanzia, primâ, &
adhuc fixâ florenteqve patriâ,
mundo receptis, non veretur
bonus ille Cluverius unum se
opponere.

Sacro-Sanctæ SVEONUM
GOTHORUMqve vetustæ Le-
ges, quarum documento nul-
lum, hac in causa, integrus,
sublimius, sanctius censerî po-
test, in ipso mox initio, cap. sc.
I. de Jure Regio, in hæc verba
loquuntur: *SVEONUM* Re-
gnum constat antiquissimis tempo-
ribus sub Ethnicismo, ex SVEO-
NUM

NUM GOTHORUMqve natio-
nibus coalitum. Qui citra saltum
(sc. Colmord & Tidvedé) Bo-
reâ versus incolunt, SVEONES;
Qui verò cis saltum eundem ad
Meridiem siti sunt, GOTHORUM
nomine clarent. Duplex porrò in
SVEONUM regno est GOTHIA:
Ostro-Gothia & Westro-gothia. Nec
usquam in orbe terrarum, aliisve
Imperiis, præterquam in SVEO-
NUM regno, stabile fixumque
reperitur GOTHORUM nomen;
Quidpe quod hinc in exteras
Regiones dimanasse, unanimi con-
sensu etiâ testantur Historici. Hæc
Leges nostræ. Tempore pro-
cul dubio, quo nemo unquam
Regno SVEONVM controver-
siam movit de GOTHORUM
nomine. Testimonium, mcher-
cle, tale, quale in similibus, re-
quirit veritas Historica. Nam,
inquit *Myrsilus* de bello Pelasg.
cap. 3. de gentis antiquitate & ori-
gine, magis creditur ipsi genti atq;
vicinis, quam remotis & extremis.
Atque hoc ipsum contendum e-
rit

(42)

rit de Historia JORNANDIS, qui ipse natione GOTHUS, & GOTHORUM Episcopus fuit. Ejus verò verba, circa initium lib. de reb. Getic. à Cluverio allegata, suprà recensita sunt. Quorum veritas vel ex eo manifestior evadit, quod hodiè etiamnum multæ in ea florent nationes, quarum à *Jornande* enumerata nomina, licet nonnihil, ut fit in Geographicis, corrupta, & exscriptorum plerumque incuriâ depravata; præter ea, quæ longa temporum intervalla immutare poterant, adhuc vigent, & evidenter agnoscuntur. Quælia sunt: SUETHANS, Sueden; SUETHIDI, ubi videtur Omissum, pro SUETHIODI. Suedia n. patria lingua etiam SUEIODI antiquitus dicta fuit; FINNI, SCRIFFINNI, pro quibus quædam Exemplaria habent Crefennæ, & alia Scrofennæ, pro Scritofinnis, Scred vel Schid-finnis. THEUSTHES, sunt Gothi de Thiust-hæred.

LIO

(43)

LIOTHIDA, Leodfia est, Eddæ in Westrogothia. BERGIO, Bergen in Norvagia. HALLIN, Halland; FINNAITHAE, Finvedi in Wermelandia; FERUIR, Fieringar; RAUMARICÆ, Romarijse in Norvagia. RAUGNARICI videntur esse Ringarijse in Norvagia, vel Raurifi. Utriusque mentio fit in Chronico S. Olavi. quod habeo, M. SC. ATHELNIL corruptè pro Adhesingi/ de quibus Paul. Diacon. GRANNII, Grænnahæred, in Westrogothia; vel ut suspicatur Dn. Joh. Buræus, appellativū Gothicum, Granna, id est, vicini, ob ignorantiam lingvæ pro Proprio gentis nomine irrepsisse; id enim textus orationis inferre videtur. *Sunt quæquam & illorum positura Grannii*, id est vicini Aganzix. Hoc idem *Cæsari*, in suæ Gallix lib. 6. accidisse notat *Lazius* de Celtis. *Cæsaris* verba sunt: *Itaque ea quæ fertilissima sunt Germania loca circa Hercyniam*

(44)

cyniam sylvam, Volga Tactasages occuparunt. Ad quæ: Volga, inquit Laz. voculam esse Teutonicam apparet, corruptam ab homine Romano. Volkos v. adhuc populos (Vols) Germani vacamus. Sed redeamus ad Jorrandem. COGENI, Rong-Harad. GAUTI-GOTHI, Guta-göthar. OSTROGOTHÆ Ost-göthar. Qvin & Nomina Propria Ducum, merè sunt Suecica, sive Sveogothica, & apud Nos ab immemoriali ævo, in hunc usque diem vulgò usurpata.

Cogeni Rã
Hinsboo.
Kätins
Härad
Wester-
götland.

V. LAZ. de
M. G. lib.
10. p. 457

*Filimer/ Wilmer/ Wolmer/
Berich/ Fastwi/ Fastid/ Wa-
ste. Feidgarn/ Widik/ Wadik.
Widicula, Veduco, Vittigis,
Earl, Corillus, Eric, Euricus.
Synthrik/ Synther/ Thura.
Fah/ Fader/ Varo. Gaderik/
Gebrik. Heldrik/ Gotthrik/ St-
rik/ Eutrik. Dwid/ Dwen/ O-
vida: Zormaster, Zoroaster.
Et infinita, quorum Catalogus
alibi contextetur. Hic saltem
obiter*

(45)

obiter quædam, quæ apud Jorrandem leguntur ad firmandam ejus fidem, terigisse sufficiat. Ut enã Appellativa præteream puta puta Sveo-Gothica. qualia sunt: Bãld, Baltha; Bji-lagh, Bilagines, Alyrumnæ, corruptè Aruner: Step. Et aliorum, quorum meminit idem Jorrandes. Quæ evidentissimo tramite, ad veram Gothorum, de quibus scribit ille, originem, oculatum quemlibet infallibiliter ducere quiverint. Nec Antoribus præter prisca Carmina patria, quibus Historico ritu, ut inquit, Res Gothicæ recolebantur, destitutus fuit Jorrandes; Laudat n. præter multos alios, Ablabium diligentissimum Historiæ Gothicæ scriptorem, Dionem, qui & ipse GETICA scripsit, Drosium; Dexippum qui 12. Chronicorum libros edidisse memoratur: Eunapio, & Stephano de Urbibus sæpè numero laudatus. Floruit a Galieni, Claudii & Aureliani Seculo,

lo, circa Annum Christi. 267. cum recens adhuc, & primo jam audiri coeptum esset Græcis & Romanis Gothorum nomen; Hosce verò cum ipso *Jornande* probant & laudant, & vera scripsisse, gravissimis suis suffragiis, attestantur non solum Patrii Scriptores, Viri laudatissimi, quos Ille immeritò fugillat & flagellat. Sed omnes omnium seculorum, post illa tempora, scriptores, tam Itali & Hispani, quam Galli, Belgæ, Germani. Ex illorum numero, si auctoritatem, gravitatem & summam doctrinam respicias, inter primos elucet *Aeneas Sylvius Senensis*, qui co-divinas animi & ingenii dotes, meruit supremus Pontifex creari. Hic in libro, quem de gestis suorum temporum, *Carcinalli Illerdensi* inscripsit, apertissimis argumentis Gothos ex *SCANDIANA* insula prodisse demonstrat, ut verè testatur *Ioh. Mevni* in Præfat. Hist. Gothic. cap. 7.

Cui

Cui adjungo *Hermannum SCHEDELS*; item *SENESEM*, qui in Epitome Orbis: Secundus filius, inquit, Japheti Magog: à quo Schytæ, & à quibus *SVECIA* & *GOTHIA* nomen habent. En! utramque conjungit. Et huic succenturiat *Petrus TRECENSIS* Gallus, item superioris ævi celebris scriptor, in Rudim. Novit. *Gothia*, inquit, *SCYTHIÆ interioris est provincia in Europa, quæ ut creditur, à Magog filio Japhet est vocata, ut dicit Isidor. lib. 9. unde dicit quòd veteres illas nationes, magis Getas quam Gothos nominarunt, de quorum sobole maxima pars Europa & Asia creditur populata, &c. Est a. usque hodiè regio latissima, ab Aquilone habens Norvegiam & Daciam (ita Daniam appellabant scriptores hujus ævi) in aliis ejus lateribus mari Oceano circumdatur. Huic regioni adjacet insula quædam nomine *GOTLANDIA*, à *GOTHORUM* terrâ dicta, quia*

à Go

*à Gothis antiquitus fuit habitata. Nec grave sit eundem de-
nuò audire, pag. 90. SVECIA,
inquit, regio est inferioris Scythia
in Europa, in qua tota Gothia, qua
intra Danicorum, nec non Norico-
rum (h. e. Norvagorum) Aquilo-
narum regna, maxima est regio
hodie nominata, habens mare Bal-
ticum ab Oriente, Oceanum Bri-
tanicum ab Occidente, Noricorum
prærupta & populos à septentrio-
ne, à Meridie v. Dacorum confiniis
terminatur: Gens valde robusta,
cujus militaris potentia quondam
ferè totius Asia & Europa partem
maximam, multis temporibus edo-
mavit; Quos aggredi, tempore A-
lexandri Magni, Græcorum auda-
cia extimuit; Julii etiam Cæsa-
ris invicta potentia superatis Gal-
liæ, Germaniis & Britannis;
cum Davis & Gothis, Noricis &
Aquilonaribus populis aliis, con-
gredi formidavit. Ex illorum
prospæcia Amazones processerunt,
ut dicit Orosius, & Isidorus lib.
14. Nam, inquit Orosius gentem
Ale*

*Alexander vitandam enuntiavit,
Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiã de-
clinavit. Hisce suffragatur AN-
DREAS ROSENDIUS lib. An-
tiq. Lusitanicarum: Multæ si-
quidem gentes, inquit, ex SCA-
NIA GOTHICUM effecere no-
men, priscis Scriptoribus ignora-
tum, & sub Getica appellatione
confusum. &c. Eidem subscri-
bit ALPHONSUS CARTAGE-
NA, Episcopus Burgenfis, in Ca-
talogo Reg. Hispanicorum, cap.
8. Et RODERICUM SANCI-
UM Episcopum Palentinum,
in Historia Hispaniæ ita lo-
quentem audiamus: Circa Ori-
ginem, inquit, Gothorum, Isido-
rus ipse, & ceteri scribentes in eo
conveniunt, videlicet Gothos ex
insula SCANDIÆ, sive Scythiæ
septentrionalis ortum habuisse:
Quin imò, ut ait Martinus Po-
lonus in Chronico suo, tres gentes,
scilicet Gothi, Hypogothi, Vandali
& Hunni, unam linguam habentes,
nomine tantum diversi, ex ea-
dem insula & adjacentibus pro-
dicere,*

diere, &c. Gothi enim profata Scandia insulâ non contenti, inde exierunt, & vicinas non infestas eis gentes septentrionales subijcere cupientes, inceperunt finitimas Provincias invadere, longè ante Herculem, quem tempore Gedeonis fuisse legimus. Sed eo tempore, Gothos reges habuisse, Isidorus, Lucas Tudensis, atque Vincentius perhibent. Inter ceteros fuerunt, eorum reges, Berich, Gaderich & Philimer, & alii complures; Post Herculem verò plurimos alios reges Gothos habuisse compertum, qui ingentia bella tam adversus regiones aqvilonares, quam orientales gesserunt; tantaque fuit eorum in belligerando ferocitas, ut ad fœminas transierit: Nam ex Gothorum genere famosa illa fœmina dicta Amuzones, fuerunt. Quibus accedit Adamus Bremensis, qui non multò post Caroli Magni ævum, ipse terras Septentrionales invisit. Ille ex ore proprio Regis Daniæ, hæc verba scribit:

Ex

Ex ipsis populis SVEDIÆ proximi ad nos habitant GOTHI, qui Occidentales vocantur; alii sunt Orientales. Verum Vestrogothia confinis est provincie Danorum, quæ SCONIA dicitur. A quibus ferunt diebus septem perveniri usque ad civitatem Gothorum magnam SCARA. Deinde Ostrogothia protenditur, juxta mare, quod Balticum dicitur, usque ad Birkam. Primus Gothorum Episcopus Thurgoth. &c. Item: Inter Nordmanniam & Sueoniam, Warmelani & Finvedi degunt. Hi scilicet quos supra Jordanandem FINNAITHAS vocare dixi. Et hæc sibi narraffe tradit Sanctissimum Danorum Regem SVENONEM ESTHRI-TIUM, vulgò Svent Esteridsou) à Matris nobilitate & nomine nomē ducens. Hicce concinit Abbertus Cranzius lib. I. c. I. ubi dicit: SVECIÆ autem gentis egregiam laudem supra modum extulit natio Gothorum, unde vetustissimis temporibus egres-

C 2

sa

sa est, per *Asiam* diu dominata, & in *EUROPA* multis seculis, multis in provinciis regna constituens; Et quidem *SUECIAE* & *GOTHIAE* praeclaras res uno contextu commemorandas censuimus, quod sub unius principis auspicijs, à multis retrò seculis utraque gens degebat, unius regni limitibus inclusa: Et ultra: *SUECIAE* quidem domi, & in vicinis locis, nomen praevaluit; Foris & in longinqua militia, Gothorum gloria sublimioribus longis titulis inclaruit. Infiniti sunt, & nomina saltem recensere eorum, qui in hanc scribunt sententiam, nimis quam longum foret. Agmen claudant duo patri laude eminentissimi Germani viri undique doctissimi, *JACOBUS ZIEGLREUS* & *DAVID CHYTRÆUS* Quorum ille in sua *SCHONDIA* in hunc modum differit: Gothi, quo tempore sobolem emiserint, ad novam quarendas sedes, & quando *Mediterranis* & *Asiae* litora occuparunt

Authorum
per plurimum
rum testimonia
Gothorum sedes
in Scanzia confirmantia
vide apud
Grot. p. 14
15. 16 &
sq. pro leg.

nulli veterum, quod Ego comper-
tum habeam, meminerunt: Fuerunt autem & cogniti tempore, quo Romani imperium per *Illyriam* ad *Danubium* usque promoverunt, atque adeò ab aetate *Dictatoris Caesaris* & *Octaviani Augusti* maximè inclaruerunt, bellis maximè gestis super *Danubio* imperii limite: Tamen sub hac etiam claritudine, qua *Gothia* esset, & quo terrarum loco sita, undequè Gothi oriundi essent, ignoratum ad hanc ferè aetatem est. Terminantur haec à septentrione sine australi *Suecia*; Ab occidente, reliquis *Norvagiae* montibus, qui sunt à *Suecia* limite, ad *Trolhetta* fluvii ostia; A Meridie & Oriente terminantur mari, &c. Hic verò in praefat. *Chronic.* *Herodot.* & *Thucyd.* hoc suffragio eidem ad stipulatur: Nusquam verò alibi in toto orbe terrarum *Gotlandia*, & distinctas regiones et nomina *Ostgothia* & *Westgothia* seu *Wistgothia*, extare scimus, nisi in ditione amplissimi Regni *SUECORUM*.

Grot: pro-
 leg. p. 60.
 Qua dixi-
 mus buc us-
 que de pro-
 pagatis è
 Svedia gē-
 tibus, si quis
 defarato ju-
 dicio expen-
 derit, inve-
 niet non
 falso dixis-
 se maximū
 imperato-
 rem Caro-
 lum ejus no-
 minis quin-
 tum, si quis
 ab stirpe ex-
 quisiverit O-
 rigines no-
 bilissimarū
 per Europā
 familiarū,
 eas ex Go-
 thia aut a-
 lia Scanzia
 partibus de-
 rivatas.

CORUM: Et Jornandes, Ablavio, Dion, Procopius, Agathius, alii-
 que, ex quibus rerum Gothicarum Historia sumitur, in hac Ar-
 etoa mundi parte, primam & antiquissimam sedem Gothorum collocant. Hæc ille.
 Horum, & omnium unanimè, de Gothorū patria, consensus, suo veluti sigillo obsignat Imperatorum maximus CAROLUS QUINTUS, cui nihil in Ore crebrius, testante, præter alios, Levino Lemnio, quam quod *universa totius Europa nobilitas è SVECIAE & GOTHIAE tractibus fuerit exorta. Ex qua etiam semet ortum, summa sibi laudi duceret.* En verò! Hic iterum inqvictus occurrit Cluverius, clamitans eos, quos nos GOTHOS vocamus, non GOTHOS, Sed GUTAS esse. *Super Scandios (inquit lib. 3. cap. 41.) tandem & Hilleviones incoluere GUTÆ sive GUTI: Quorum regio etiam nunc vocatur vulgò Sudland/ Sulland/ & gens*

gens ipsa the Gudste. Hoc puto nomen, occasionem Ablavio, Dexippo ac Jornandi præbuisse, uti Gothorum, suorum originem jam inde ante Herculeæ Trojanique belli tempora è Scandia insula deducerent. Et ultra, eodem cap. In Scanzia, præter falsos HERULOS atque Rugos, enumerat Jornandes, Vagoth, Gautigoth, Ostrogothas: Quorum hi, nulli alii fuerit, quam qui in Dacia denique hoc vocabulo, à Westgothis discernèbatur. Hodie quoque Regionè Sudland, latine Gothiam appellant, à Gothis potius quam à Gutis, à quibus rectè diceretur Gutia. Sed GUTÆ disertè scribuntur Ptolomæo Γῆτοί, apud Procop. verò lib. rerum Gothicarum 2. cum essent Γῆτοί, vocabulum id Librariorum incuriā corruptum est. Voces n. mendosæ, ὀρθοῦτοὶ emendentur in ὀρθοῦτοι (Quamquam nec pertinaciter contendere se dicat, quin scribendum sit Γῆτοί, ad formam vocis Jornandis Gautigoth) Procopii verò sensus hic est: Thulita
 D 4 hoc

hoc modo vitam degunt, quorum
 gens una numerosissima sunt GU-
 TI, apud quos tunc HERULI
 advena habitabant. Nempe
 Scandiam ille appellavit Thulen.
 Dein Gothos, quibus contermini
 fuerunt ad Vistula ostia Heruli,
 vocavit GUTOS, qui Scandia
 etiamnum sunt incola. Hucus-
 que Cluverius. Paucis ut re-
 spondeam: Quid vetat GO-
 THOS à Ptolomæo GUTAS,
 vel GUTOS, à Procopio GAU-
 TOS dici, si Cluverius eosdem
 GUTTONES vocat? At eos-
 dem GUTAS sibi ipsis vocari
 ait The Sudffe; & regionem
 Sudland & Sullandh. Dani
 scilicet ita vocant Gotlandiam
 & Gotlandiæ incolas. Gothi
 verò, quorū patria in SVECLÆ
 Regno est, ut ex ore Regis Da-
 niæ, supra testatus est Adamus
 Bremens. nullo unquam ævo
 se Gutar vel the Sudffe/ vo-
 carunt; Sed Gøthar/ Ostgø-
 thar & Vestgøthar/ idiomate
 patrio, à seipsis & aliis nomi-
 nantur

nantur. Litera Ð, cuius so-
 num expriment hodie Gallis
 per eu; Gothis verò ipsis olim
 scribebatur per au; ut omnia
 quæ hodie notantur & efferun-
 tur per Ð. Undè non ineptè
 Procopio & alijs pro Gøthar/
 scribitur Gaurōs vel Gaurōs Cæte-
 rū, mi Cluveri, ut oculos somni-
 anti tibi ape iā, & errantē in vi-
 am reducam, non dissimulabo,
 Gotlandos, quos Dani the Sud-
 ffe vocant, etiam à Nostris the
 Gutfa/ & Gutthar vocari.
 Et ne quicquam me fingere ar-
 bitrere; En testimonium Sa-
 croSanctarum Legum Sveo-
 Gothicarum Municipaliū, quas
 antiquissimas revisas & appro-
 batas circa Annum Christi 1442.
 Civitatibus recommendavit
 Christophorus Bavarus; Sveonum,
 Danorum & Norvagorum, tunc
 temporis, Rex. In iis de Jure
 Mercat. Cap. 29. § 1, ubi de
 Vino, mulso, & ab Exteris im-
 portatis Cerevisiarum generi-
 bus. Nimirum Posevalcensi,

Lubecensi, quæ à fluvio
 Trawa/ Trampno-öl/ & Got-
 landensi, cavetur. Ubi hæc
 quæ de *Wijebn* civitate olim
 Gotlandiæ in Sveciam venum
 transportabatur, disertè vocatur
Gutinsf-öl; Cum alibi in iisdem
 ll. quicquid Gothicum est
Götist indigitetur, nunquam
 verò **Gutist** aut **Gutinsf**. Et
 ut utramque nationem, uno
 eodemque loco, quò evidenti-
 orem differentiã agnoscas, oculis
 tuis subijciam, en Tibi Leges
 patrias, Uplandis datas à Birge-
 ro Rege Magni Filio, Anno
 Christi 1295. revisas. Ubi de
 nuper electi Regis per præcipu-
 as Regni Provincias circuitio-
 ne, & subditorum homagio præ-
 stando agitur, cap. nimirū, 2.
 de Jure Regali: Cujus ¶ 9. hæc
 est conclusio: *Tha dr then
 Runinger til Land of Ritis
 Laglita kumin/ medh Bp.
 Sveum of Sudermannum/
 Götum of Gutum/ of allum
 Smalåndingum.* Hoc est ad

ver-

verbum: Tunc Rex ille legi-
 timè ad regimen venisse cen- *Gutas esse*
 setur, SUPERIORUM-SVE. *Gothos affir-*
 ONUM, SUDERMANNO. *mat Lazius*
 RUM & Gothorum & GUTA- *lib. 10. p.*
 RUM & univerforū SMALAN *553.*
 DORUM. Quo quid clarius?
 quæ inter GOTHOS GUTAS-
 que in specie sic dictos, distinctio
 evidentior? Paruit n. jam inde ab
 initio GOTLANDIA, (cujus
 incolæ, ut dictum est, GUTÆ)
 SVEONUM imperio, annexa-
 que fuit Ostrogothiæ, à cujus
 litoribus non amplius 14. Mil-
 liaribus distat, sub Episcopatu
 Lincopenfi, usque dum Anno
 tandem Christi 1449. post-
 quam prius occupata fuisset ab
 ejecto SVEONUM Tyranno,
 ERICO Pomerano (quo jure
 quæve injuria, hujus non est lo-
 ci) Sub Christierno Primo, ju-
 gum Danicum subire coacta
 est. Undè Cluverio, & toti
 Mundo liquere poterit, in Re-
 gnis SCANDIÆ, & GUTAS &
 GOTHOS jam inde à princi-
 pio

pio degisse. Quibus jam intellectis, merito non nemo dubitaverit, an GUTÆ etiam sint GOTH, vel stirpis Gothicæ? GOTHOS esse verisimile est, ex stirpe primorum illorum Gothorum, qui ex Scanzia huc primum appellentes, loco nomen dederunt GOTHISCANZIAM. Ubi, procul dubio, fertilitate & amœnitate terræ capti nonnulli, reliquis in ulteriora abeuntibus, resederunt: Quorum successiva pr. le Insula postmodum referta. GOTLANDIA ab incolis appellari coepta est. Quod quò magis credam facit mihi semper veneranda autoritas JORNANDIS, qui in recensione Gentium SCANZIÆ, etiam GAUTIGOTH; *Gute-giöthar* meminit: Cujus generis Gutas Gotlandiæ omninò censendos esse existimò. Qui licet mari à Scanzia continente divisi essent, nihilominus ad eandem Scanziam, & Gothos in ea degentes,

tes, pertinebant. Ideoque *Jornandis*, & ante eum *Ptolomæi* ævo, jure inter SCANZIÆ populos numerati sunt. Falsum itaque est non minus quod de Gaudi-goth, quam de Ostrogothis dicit *Cluverius*; Eos nimirum falso à *Jornande* enumerari inter populos Scanziae. De HERULIS per occasionem infra patebit. Huc facit etiã, si qua fides, antiquissimum quoddam *Carmen*, de Emigratione Longobardorum ex Vendelboo, & primo etiã ad Gotlandos appulsu, quod in Gotlandia reperisse se memorat Historicus Danicus HWITFELDIUS, Regni olim Cancellarius. Cujus Carminis in principio, ipsi Gotlandi terram suam *Gute-gudland* appellant. Verba hæc sunt:

*Ëbbe oc Nage de helde saa fro/
Sidan de for Zunger aff Schaa-
ne dro.*

*Da steddës de nåst warum Gute
Gudlandh/
Medh Gamble oc Ungum/Owins
de oc Mand/ etc.*

Postre-

Postremò, ut de GUTIS me expediam, GOTHOS esse Gotlandiam inhabitantes. Regum Daniæ, ultra ducentos jam annos usurpatus Titulus clarè vincit. GOTHORUM etenim, de hac provincia, Reges se nuncupant, & ab aliis nuncupari volunt; id quod supra allegatus Cancellarius HVITFELDIUS, rerum harum omnium gnarissimus, in Historia Daniæ luculenter attestatur; sic n. de Rege Iohanne loquitur: *Visum est ei, non detrimento solum Regno Daniæ, sed ignominia loco fore, ut Insulam (Gotlandiam) quam præscriptione longi temporis, jam inde à Valdemari III. temporibus Dani possiderent, nisi quod aliquam diu intercepta ab Alberto Rege Sveciæ esset, unde etiam à tot retro-actis annis sibi Gothorum titulum Dani usurpassent, sibi vi, dolo, & fraude eripi paterentur* Ex hisce, & præmissis, satis jam evidenter patere puto, in SCANDIA esse, vel

vel ad SCANDIAM pertinere non minus GUTAS quam GOTHOS; Et GUTAS in specie sic dictos, GOTHOS esse; Et absque GUTIS, hic in specie dictis, adhuc in Scandia Gothos esse, qui cum SVEONIBUS, unum constituent Regnum, idque antiquissimum, & in septentrionalibus potentissimum, indigenis SVIA & SVEA; exteris SVIONUM, SVEONUM, & postremò SVECIÆ & SVEDLÆ dictum. Proinde, quocumque se verterit Cluverius, torserit retorserit se, & Ptolomæum, in GUTIS: undique in Scandia ipsi occurrent GOTHI, qui inclutum suum nomen tot seculis cum laude usurpatum, ad isthunc modum, graphio Cluveriano transformari in impros GUTAS: vel ratè codicariâ transportari in ignobiles Cassubos, vel Borussos, nunquã, dū coelū vel vitur, patientur. Addendum hoc loco videtur, nihil frequentius esse,

vis. Gros.
prot. pag.

esse, nationibus invicem vicinis, & ex illarum consuetudine & relatu, Geographis ipsis, quã ut ex denominatiõne vicinissimæ oræ vel gentis, totus deinceps universæ regionis tractus, universæque in eo gentes, uno, sine discrimine, nomine insigniantur. Quod, ut in infinitis, pauca memorem, accidit imprimis nostræ SCANDIÆ, SCANZIÆ vel SCANDINAVIÆ, quæ ex unica illa provincia, primum post Daniæ insulas, in Arctoum orbem transfretanti occurrit, **SCANIE** nomen sortita est. Terra immensa, & alter orbis indigitata; continens præter laciniam olim Regni Daniæ, nunc verò ex postliminiò Sveciæ restitutam **SCANIE**; cui annumerantur Halland & Bleking, tria amplissima Regna. **SVECIAM**, **GOTHIAM** & **NORVAGIAM**, in quibus infiniti diversissimi nominis populi. Sic & nos **SVEONES** ex proxima olim Teutonum

Gen

gente, universam in genere Germaniam, appellamus **Lysland**; & incolas **Lyslar** vel **Lyslar**. Ad eundem modum **OSTERLANDI**, nimirum Finni, Æsthi, Russi, & confines, omnes Germanos, à prima ipsis nota Provincia maritima Saxonia, vocant **Saxen**; & **SVEONAS**, à vicinissima ora **Rodzen** / **Rodzelaïnen**. Svediamque ipsam **Rodzen-ina**. Et quid de domesticis hisce dicam? ipsa universa **EUROPA** nomen sortita est à primâ, quæ superato Bosphoro, occurrit, regione, eâ nimirum Thraciæ parte, in qua olim **Perinthus** & **Constantinopolis** sitæ fuerunt, quæ hodiè **Galatia** vocatur; Ea n. propriè Europa dicta est, ut ex multis probat *Ortelius* in *Thes.* Sic etiam, tota **ASIA** nomen invenit ab **ASIA** propriè sic dicta, quæ Ioniam comprehendebat & Ciliciam, hodiè **Turcia Major** dicta. De **AFRICA** etiã Propria, quæ universæ nominata

E minsa

minis origo, similia ap. eundem *Ortelium* invenies. Quid itaque novitatis, si hac ipsa ratione & usu, *Ptolomæus* *VTAS*, quidpe qui ad Meridiem in Scandiam navigantibus, in ipso mari primi occurrunt, pro universis tam Sveonibus quam Gothis habuit, & denominavit? Nec n. hoc minus in Scandia etiam tunc *SVIONES* fuisse, eoque quod *Ptolomæus* eos præterit: Quod & de Gothis censendum. Sed *GUTIS* missis, ad *HERULOS* transeo, quos *Cluverius* falso dicit à *Jornande* inter Scanzix populos enumerari. Non tam propter *HERULOS* ipsos, quàm ut etià ex *Herulorum* *Historia* manifestum evadat, quæ fuerit *GOTHORUM* patria. *Cluverius*, ut supra allegavimus, postquam hunc locum ex *Protop. rer. Getic. lib. 2. ad-* duxisset: *THULITÆ* hoc modo vitam degunt, quorum gens una numerosissima sunt *GUTI*, apud quos tunc *HERULI* advena habitabant.

Heruli

bitabant. Nempè, explicat Cluverius, Scandiam ille appellavit Thulen. Dein Gothos, quibus contermini fuerunt ad Vistulae ostia Heruli, vocavit Gutos, qui Scandia etiamnum sunt incolæ. Et paulò clarius ejusdem lib. 3. cap. 35. ad eadem Procopii verba: Thulen intelligere eum Scandinaviam peninsulam infra patebit. In hac quia erant Guti, nomine ab Gothorum vocabulo haud multum abhorrente, prope Gothos a Vistula ostia incolerent Heruli, hos quoque in Scandinavia apud Gutos sedem quondam habuisse, credidit. Qui fucus! An & mihi Pytheas tuum, ad eandem planè formam licebit explicare? Pytheas credidit Gutonibus adcoli æstuarium Mentonon nomine; ab hoc diei navigatione insulam abesse Basiliam illò vere fluctibus advehi succinum. Ego explico: Nempè Gothos, ad quorum insulam Basiliam, succinum advehi credidit Pytheas, Guttones appellavit, eosque

falso in litore adverso, ad æstuarium Mentonomon, quod nunquam fuit in rerum natura, collocat. Et hanc interpretationem longè veriore esse illà *Cluverii*, nemo non animadvertit. Quin & juvat ipse *Cluverius*, dum evincere nititur, ibi veras GOTHORUM fuisse sedes, ubi succinum legebatur: Succinum verò *Pythæa* & omnium veterum assertione, legi creditum est, in Basilia, id est, Scandia; Ergò & Guttonum litora in Scandia. Et error est, quo pro Gothis, qui in Scandia fuerunt, & etiamnum sunt, GUTTONES ab iisdem locorum & situs orbis Arctoi ignaris, imprudenter ex adverso ad æstuarium quoddam collocantur. Et profectò, ut nihil dissimulem, verissima mihi videtur conjectura incomparabilis diligentia, & (ut ipsius *Cluverii* encomio utar) magni eximiiqve nominis Geographi *Abrahami Ortelii*, qui in The-

aur

aur. Geograph. *Guta ysmi Ptolomæi videntur*, inquit, *qui hodie Gothiam, vulgò Godtlandh inhabitant, Regis Svecorum clientes, Guttones fortè Pythæa apud Plinium.* Næ! hic non longè à scopo collimare deprehenditur, & hoc verius, æstuarium illud (si quod est) sex millium stadiorum, cujus longitudinem Lubecâ usque ad Livoniæ litora protendi dicit *Cluverius*, ipsum nimirum mare Balticum, quod Guttonibus in Gutlandia adcolitur.

Verum, longius quam ut putaram, iterum abripuit me æstuarium illud *Pythæa*. In viam igitur. Quo Authore iterum mendacii insimulare audeat *Cluverius Jornandem*? Quis unquam HERULOS confines fecit GUTTONIBUS, id est GOTHIS, si Diis placet, ad ostia Vistulæ incolentibus? *Plinius, Strabo, Ptolomæus, Tacitus*? altum omnibus de HERULIS silentium. At, inquit, Ta-

citi LEMOVII sunt. Quia verò, inquit sed es heic nulla tribui iis potest, nisi quam Lemovios Taciti avo obtinuisse modò ostendi; aut corruptum apud Tacitum Lemoviorum vocabulum dixerim, aut Lemovios nomen hoc post Taciti atatem in Herulorum vocabulum mutasse. En! quam libenter hic Tacitum suum corrumperet? vix manus abstinet. Quia verò fateris, nullas HERULIS fedes relictas apud Gothos tuos Vistulares, nisi immeritos Lemovios extermines, vel Herulos in Lemovios transmutas: annon fatius fuit, eos advenas, ut dicit Procop. quidpeâ Danis, propriis sedibus pullos, ut addit Jordanes, iuxta Gothos vicinos suos Scandianos, relinquere? Veritas, herclè, Cluverium, ut virum doctum & catum, non fugit; verum hanc ille Procopius n. non semel, ut autumo, nec perfunctoriè legerat. Is expressè, & protenso quasi digito monstrat,

qvz

qvz fuerit tam Gothorum quam Herulorum patria. Postquam enim retulisset, inter cætera, de novo Rege creando, ac militum supplemento faciendo, inter Herulos Gothosque deliberatum, addit continuo, missos ab illis Legatos, obtinendorum eorum gratiâ, non ad GETAS, aut litus Baltici, aut Germanici maris GUTTONES, sed mare illud transmissum, & THULEN petitam. *Desertûqve hinc, inquit Procop. regionem transeuntes multam, ad Varnos (nunc Mechlenburgios ad Warnum sc. fluvium colentes) pervenerunt. Inde Danorum nationes percurrerunt. Hinc verò ad Oceanum progressi navigarunt sc. in THULEN. Procopii verò THULEN, Cluverius ipse cum Joan. Magni (qui etiâ cap. 33. lib. 8. hanc Historiam Procopii verbis recenset) & albis consentit, & probat esse SCANDIAM. Hæc sc. Cluverius nesciebat! Nec hoc cum*

Vide Pontan: Histor. Danic. descriptionis contra eundem Cluver.

E 4

clam

clam esse potuit, nisi de indu-
 stria veritati oculos occlusisset,
 RODULFUM Regem Scan-
 zianum, contempto proprio
 Regno, ad gentilem suum
 THEODERICUM, in Italiam
 profectum. Sic n. disertè *Jor-*
mandes: Sunt quamquam & il-
lorum positurà Granii, Aganzia,
Unixa, Ethelrugi, Arochiranni,
 (scil. in Scanzia) *quibus non*
ante omnes, sed ante multos an-
nos RODULF Rex fuit, qui con-
tempto proprio regno, ad THEO-
DORICI Gothorum Regis gremi-
um convolaruit, & ut desidera-
bat, invenit. Hic *Joanni Magn.*
 85tus. Rex est internus Sveo-
 num Gothorumque cap. 32. lib.
 8. Nec hoc ante *Jordanè* tot annis
 contigit, ut non rem certam
 tradere potuerit. Theodoricus
 n. Anno Christi circiter 493.
 in Italia regnum inchoavit.
Jornandem verò sub Justiniano,
 circa annum 540 nati Christi,
 floruisse constat. Quæ cum
 ita sint, nemo, qui æquum re-
 rum

rum arbitriū se gerere volet, non
 videt, nisi obfirmato animo, &
 clausis oculis, omnem prorsus
 lucem Historicam extinctam ve-
 lit, undè Gothorum robur pri-
 mum in Orbem terrarum egres-
 sum sit; quæ terra ipsis patria:
 & ubi stirps & stirpes eorum
 fixus in hanc usque diem resi-
 deat. Id quod absque hisce,
 quæ jam dicta sunt, clarè com-
 monstrant Literæ & Lingva,
 utrisque, iis nimirum, qui exi-
 verunt, & in exteris regna con-
 stituerunt, et his, qui solum pa-
 trium & originarium regnum
 adhuc tenent in Patria SVEO-
 GOTHIA communes. Quod
 docent imprimis infinitæ voces
 Gothicæ, Lingvis hodiernis Ita-
 licæ, Gallicæ, Hispanicæ, inser-
 tæ. Ut eas præteream, quibus
 LL. Wisigothorum, Longobar-
 dorum, & ab iis derivatæ Bur-
 gundionum, Francorum, Ale-
 mannorum, & aliarum natio-
 num leges, juxta ac Jura Feu-
 dalia scitent, Quæ omnes ma-
 trem

trem veram, genuinam & unicâ agnoscunt eam, quâ Nos hodiè adhuc integrâ utimur, SCANDIA-SVEO-GOTHICA.

De Literatûrâ priscâ Gothorum, deinceps Dissertatione peculiari agam.

De Legibus ipsis, utrorumque GOTHORUM vetustissimis, quid dicam? Earum tanta est conformitas, tanta similitudo, & in omnibus, tam quoad ipsum Processum, quam quoad pœnas, formulas, terminos, & sanctiones ipsas, ut multæ non similes sed planè eadem videantur. Ex, inquam, quas in regnis suis externis sanciverunt illi, cum priscis iis, quas in Patria didicerant, & per multas successiones Posteris tradiderant, Majores illorum; quasque Nos tot retrò seculorum serie, quorum initii nulla habetur memoria, perseverante constantiâ, hodiè etiamnum sanctè colimus & observamus. Harum, inquam, invicem tan-

ta est consensio, ut planè eadem esse adpareat, si loca saltem, tempora, & circumstantias quasdam in utrisque, quarum respectu Legislatôres leges suas paulum limitare tenentur, prout decet, seorsim consideraverimus. Id quod non solum de Westrogothorum in Hispania, sed & Longobardorum, & omnium deinceps populorum in Germania, quibus vel dederant illi, vel qui ipsi ab illis leges suas mutuati sunt, Legibus intelligendum est. Quod manifestò elucescit ex terminis in iis frequentibus, mere Gothicis. &c. Quorum sensum genuinum, & verum Etymon, frustra quis quæsierit alibi, quâ in nostra SVEO-GOTHICA sive SCANDIANA. Quâ in re. certè quamplurimi Juri & alii viri, alias doctissimi, ridiculi fiunt: dum vocum, quales sunt, *Udel* / *allode* / *feudum*, *adfatomire*, *adhamire*, *affidare*, *aldasus*, *alcarius*, *arimanns*, *astaliu*, *bannu*, *faida*,

faida, fredum, tregna, faderphiin, friquidium, gastaldus, mundiu, amond, tallia, scennis, vadum, vassus, vassallus, & similibus Etymon, modò apud Græcos, modò apud Latinos, postquam in Teutonico idiomate operam se & oleum perdidisse animadvertunt, frustrâ investigare laborant.

DE LINGVA & LEGIBUS pauca delibavi; immensum n. esset, & hoc loco minimè conueniens, singula singulis conferre. Præstabit hoc abundè & usque ad curiosorum, ut spectro, satisfactionem, Lexicon meum Gothicum, quod jam in incude, brevi, suppetente vita, formæ suæ redditum, lucem videbit. DE INSIGNIBUS GENTILITIIS utrorumque GOTHORUM, Externorum & Domesticorum, ne nihil dicam, facit, quod nec cogitari mihi, utrisque una & eadem, in oculos incurrant. Apud *Wolfgang. Lazium* etenim, de Mi-

De lingua uberior hic discursus in statuendus est. Vide *Lazium de M. G. lib. 10. ubi multa & egregia*

Migrat. Gent. lib. 10. in ipso frontispicio, Iconem exhibet PRINCIPIS GOTHICI effigiatam ad delineationem Regis THEODORICI VERONENSIS, calamo *Sidonii Apollinaris* adumbratam; spectare licet clypeum, quem manu tenet pictus ille Princeps, magnanimi LEONIS, super tres Fluvios transversum erecti figurâ conspicuum. Atque hæc pifca Gothorum Insignia fuisse, etiam testimonium non domesticum perhibere inveniò virum Hispanum, in Hispanic. Annalibus, *Johannem Marianam*, dicentem: *GOTHORUM insignia LEONEM erecto capite, undanti Clypeo impositum fuisse, cæruleo dimidia ex parte, quidam affirmant.* A quo nihil abit noster, rerum etiam abstrusarum curiosus indagator, *Olaus Magni de Rebus Septentr. scribens: Quibus a. armis clypeisque veteres Gothi sint intus & extra patriam usi, signis presentibus adverte*

(78.)

verti poterit, imò & rationibus ostendi : LEONEM scilicet coronatum super tres aquas candidas, in Campo caelestini coloris, impetuose salientem & respicientem, olim habuere Gothi, & nunc habent solum originis inhabitantes, ut vincendo parcant, & retrospectivendo caveant, quam citò salientes ab impetu cessent. Et ne quid desideretur, audiamus tertium, Huitfeldium scilicet Historicum Danicum, Nostris alias non semper æquum, qui in *Margaretha*, hunc ad modum loquitur : Quodque *Margaretha* & Rex *Olaus*, titulum Regni *Suetici* usurpaverint, idè scripsit se *Albertus* Regem *Daniae* & *Norvægiæ* : atque etià eò tandem præsumptionis descendit, ut mutaret insignia Regni *Suetici*, quæ antea extiterant **LEO SUPER TRIA SALTENS FLUMINA**, quibus *Ericus* & *Valdemarus*, Duces, sicuti etiam *Rex Magnus*, & reliqui omnes sunt Reges *Sueciæ* usi priores, & in

(79)

& in locum assumeret tres Coronas, in signum quòd jurisdictionem in tria haberet Regna : Quæquam *Sveones* existimant Leonem super tria flumina, esse **GOTHORUM** duntaxat insigne, scilicet *Ostrogothiæ* & *Westrogothiæ* : Tres verò Coronas, legitimum *SVECIÆ* & *Uplandiæ* stemma. Hæc ille.

Verum, ne rem minimè dubiam in controversiam ultrò trahere, vel Soli lucem addere velle videar, quandoquidem *Cluverio* satisfactum reor, hinc ad alia digrediar, si pauca prius *Lectori*, rerum nostrarum domesticarum ignaro insinuavero. Et quidem primò, postquam **GOTHORUM** virtus in *Græcia* coepit inclarescere, nihil fuisse in *SUEDIA*, & vicinis populis in *Septentrione* frequentius, quam in *Græciam* vel exercitus submittere, vel privatim militatum proficisci, id quod etiam temporibus posterioribus diu continuatum est, ut ex vestigiis

tutissimo *Chronico* M. SC. dia-
lecto Islandicâ manifestum e-
vadit, Quo memoratur sub A-
LEXIO Comneno, qui ibi ap-
pellatur Kiri-alex; qui circa
Ann. Christi 1080 ad imperi-
um venit, militasse copias Ve-
ringorum sub Duce SUEDO,
THORE Helsing, à quibus pro
obtinenda victoriâ contra Ethni-
cos, votum, & postea Con-
stantinopoli sumptibus Impera-
toris extructum, & dedicatum
est Templum S. Olao Regi
pridem Norvagiæ. Tam fre-
quens verò à vetustissimis tem-
poribus hæc fuit è SVEDIA
non solum, militia, sed etiam
ad cohabitandum cum popu-
laribus & propinquis suis,
qui terras illas pridem occu-
paverant, emigratio, ut in anti-
quissimis etiam Legibus We-
stro-gothorum de Hæreditati-
bus, iis qui in Græcia se demis-
serunt, non concedendis, cave-
ri necessum fuisse, inveniamus,
Legis verba hæc sunt: *Ing-
fins*

fins Mans *Urf* *takar* *tân*
Man i Sirklandi sittâr. Id est:
Nullius (in Gothia) hæredita-
tis capax esto, qui in GRÆ-
CIA domicilium fixit. Undè
liquet frequentissimam fuisse
Sveonibus, & Gothis, hanc in
Græciam sive Thraciam, & re-
giones vicinas emigrationem; id
quod ex aliis etiâ M. SC. *anti-
quissimis mēbrâis* cōprobatur. Im-
primis iis, quæ de Wilkinorū Re-
gno extant, quod Sveciam, Go-
thiam, Daniam, Wandaliâ,
Ulmerugos, Curetes, Esthones,
Russiam, Poloniam, & omnes
Regiones, inde usque ad Pon-
tum, quod mare ibi *Muster-
Haff.* i. e. Orientale, indigita-
tur, comprehendebat; Consti-
tutum crebris victoriis, primū
Getherici (al. Gothrici) ac de-
inceps ejusdem filii, Regis Wil-
kini, quem *Joan. Magnus* lib.
5. cap. 13. Vilmerum, alii Fil-
mer vocant. Qui Gethricus
circa tempora Nativitatis
Christi cum Regnum Sveonum
F à Re-

à Regno Gothorum divulsunt
 esset, Rex Gothorum creatus,
 non contentus limitibus Regni
 Gothici, cum magna suorum
 manu in Pomeraniam, & Ul-
 merugiam trajecit, Undè con-
 tinuo victoriarum successu, il-
 le, successorque filius Vilmer,
 proximam quamque gentem
 imperio suo subjecerunt, usque
 dum Vilmeri Filio Nordiano,
 ab Hernito (M. SC. habet
 Hertnid) tandè debellato, Rus-
 si imperium recuperarent. Quo
 facto, reliquæ Gothorū copiæ
 perLithuaniam & Poloniam, ad
 populares suos Gothos, qui jam
 primis temporibus communem
 patriam egressi fuerant, in Thra-
 ciam perreperuat. Vixit a.
 Nordian circa annum à nato
 Christo 82.

Postremum, ut demum finem
 huic Dissertationi imponam,
 contestantur crebras hæc in
 Græciam Gothorum profectio-
 nes, multi etiamnum hodiè per
 Syccia & Gothiam visundi Cip-
 pi,

pi, præcis Gothicis litteris, quæ
 RUNÆappellantur, incisi, à pa-
 rentibus et consanguineis in me-
 moriam eorum, qui in *Græcia*,
 mortem obierunt, erecti. Inter
 hos memorabilis est qui in tem-
 plo Cathedrali Upsaliensi pro
 podio sub columna quadam vi-
 situr, olim, eum extrueretur Tem-
 plū, ab Architectis eodem inter alia
 rudia saxa imprudenter tradu-
 ctus. Cujus inscriptiois pars, quæ
 superexistit integris adhuc lite-
 ris docet Cippū istū positū fuisse à
 PNBITHRI BIRBR HNI HI-LNY
 PIR III PIRPH. Gulbiarn
 Thordr. Eum sin sum for til
 Girkia. i. e. Gulbiarn THORDE
 RO filio suo qui profectus est in
 GRÆCIAM. Similis quidam cō-
 spicitur in Parochia Båling /
 quæ uno milliari Upsalâ distat,
 hæc characteribus conspicuus:
 PHTNI NTRHHTHTH IPTIR
 KRBR HNY NTIRIP HNI HHT
 HTR-NRP-TNPR IPIRINY Sast
 vi sit resa Stein istiv Gardar
 auf Vitris syni suo. Quar ward
 F 2 taude

taur (Girfium, id est: Fastui cu-
 ravit erigi Cippum (hunc) in me-
 moriam Gardari & Utirici filiorū
 suorum; quorum alter mortem
 obiit in GRÆCIA. Nec minus
 spectabilis est ille, qui in Parochia
 EDE ad lacum quendam, quā
 Upsaliā itur Stokholmiā, conspi-
 citur, hac inscriptione notabilis:
 RNYT·RIHT·NT·RHT·NT·TIR·
 *NTR·T·PRIP·T·TI·T·R. Ru-
 narista lit Ragnvater/ hvar a
 Gviflandi for. id est: Runas scul-
 pi fecit Rangvater, qui in Græ-
 ciam profectus est. Unum non
 dissimile addam Epitaphium in
 Uplandia positum, homini in
 Longobardia denato. Vifitur a.
 in Parochia Taby hac Sculpturā:
 PNPTNY NT RHT HT HT HT HT
 *NYT·HT·HT *HT·T·T·T
 THT·P·B·RTI·T·TI. Gudluk lit
 ralla staina at Humla Sun-
 sin. Hando a Langbardi Landi.
 id est: Gudluk fecit erigi Cip-
 pum Humelo filio suo, qui mor-
 tuus est in Longobardia. Plura,
 procul dubio, horum paria mo-
 numen-

numenta, in diās aliquando lu-
 minis auras mittet, à quo hæc-
 ce habeo, Vir venerabilis do-
 ctrinā, et ingenio admirandus] O.
 ANNES THOMÆ BURÆ-
 US, præ omnibus optimè de An-
 tiqvitatibus Regnorum Sveciæ
 et Gothiæ meritis, et cujus u-
 nius ferè beneficio, et inde-
 fessa operā, quæcunqve adhuc
 indeleta extant, in lucem eru-
 ta sunt.

Atq; hisce Dissertationi huic,
 de Origine, et vera GOTHO-
 RUM Patriā, quam GOTHI-
 AM esse, amplissimo floren-
 tissimoq; SVEONUM Regno
 in SCANDIA comprehensam,
 satis superqve ex præmissis li-
 quere existimo, finē facio: Ma-
 nus daturus CLUVERIO, et
 omnibus CLUVERII Simiis, si
 vel unicum hujus generis Cip-
 pum, aut simile antiqvitatis Go-
 thicæ monumentum, in Cassu-
 bia, vel usqvam alibi, quam
 in SCANDIÆ Regnis, com-
 monstrare potuerint.

DISSERTATIO
SECUNDA.

AN. GOTHI & SVEONES
SCYTHÆ vel CELTÆ?

DEmonstratis jam Qvi, et Undè egressi fuerint olim GOTHI: et quæ vera ipsorum fuerit, et hodiè etiamnum sit PATRIA; Meritò Quæritur, Num SVEONES GOTHI què SCYTHÆ sint, an verò CELTÆ? In hæc n. duo nomina, universæ, quæ per EUROPAM incolunt, gentes dispefcuntur. Ad quam Quæstionem distinctius enucleandam, paulò altius rem repetendam video. Constat a. autoritate S. S. *Scripturae*, nimirum Gen. 8. Arcam Noë statim à diluvio in montibus ARARAT sive ARMENIÆ, qui aliter CASPII dicuntur, SCYTHIÆ vicinis, non procul ab ARAXI fluvio, constitisse, atque in eo loco primum genus humanum, quod tunc, ad octo solummodo animas redactum fuerat, reparatum

ratum, et in proxima primum, mox remotiora loca, cum indices augefcntem multitudinem non caperet una regio, per colonias transmissum. Cui sententiæ meritò suffragatur *Josephus Judaic: Antiquit. lib. 1. Cap. 4.* qui ibidem testatur omnes omnium gentium vetustissimos Scriptores, sc. *Berosum, Hieronymum Egyptium, Mnaeam, Nicolaum Damascenum*, et alios eidem sententiæ calculum suum adijcere. Quos secutus *Diodorus Siculus lib. 2. Bibliothec. Histor.* asserit primos gentium SCYTHAS ad Araxem fluvium initio confedisse. Atque hanc primam posterorum Noë, circa hæc loca, propaginem, in universum SCYTHAS appellatam fuisse, omnes consentiunt Historici, atque adeo hoc nomen (posteris SEM et CHAM, in suas sibi divinitus destinatas terras, et alia nomina dispersis) posteritati JAPHET ibidem et indè in loca vicina, et hinc in

F + ipsam

ipsam Europam sese dilatanti, constanter, et in multa tempora remansisse; nec alio nomine ipsos initio Germanos, et universos septentrionalis Europæ incolas, (quod itidem ad Hispanos & Gallos extendit *Cluver. Antiq. Ger. lib. 1. c. 2.*) distinctos fuisse, usque dum primū Græci & Latini sese BARBARIS (ita n. omnes reliquos appellabant) eximerēt; atque BARBAROS deinceps in SCYTHAS & CELTAS, & mixtos tandē CELTOSCYTHAS disternerēt. Historicos audiamus ipsos. *Archilochus Græcus*, in *Epit. temp. Masæas*, inquit, *Phanix Damascæus lib. 97. Hist. asserit ante Ninum ferme 250 annis fuisse inundationem terrarum, & quendam, cui Moses antiquissimus Historicus testimonium perhibet, liberatum circa fluvium Araxem ad montes Caspios, tumque recente Cælo, et rudī humano genere, vixisse auream vitam etc.* Conciunt *Cato* (cujus de origine gentium, & urbium Italiæ Scriptoris

ris, meminit *lib. 1. Dionys. Halicarn.*) in Fragmentis quæ supersunt, ita loquitur: *Et de Mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Chaldaei sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus verò ac sagis magis placet origo. Inter utrosque convenit, ante Ninum circiter annis quinquaginta et ducentis, quibus duravit aureum seculum, terras fuisse inundatas, et in SCYTHIA SAGA renatum mortale genus. Sive enim ab aeterno Mundum existimes, et ignis principio cuncta tenuerit, et sensim in sua loca elementa coeuntia homines prodixerint, sive (ut fertur) ante aureum seculum. Terras subrutas inundatio possiderit, et exsiccata humo, apparuerint homines, e quidem principatus originis semper SCYTHIS tribuitur; à quibus autem etis, colonias per orbem missas ferunt. Pergit, & SCYTHAS hofce ITALIAE conditores asserit. Et ex his, inquit, venisse Janum cum Dyrim, & Gallis progenito-*

nitoribus Umbrorum, lateque cum colonis per Tyberim vectum, ad levum Tyberis Etruriam tenuisse locum, ubi colonias in continente primum exposuit, et ipsum Deum simul Vaticanum habitum dictumque fuisse etc. Concludit: Hæc prima fuit auræ illa atque, & quidē augustissima origo Italia. Huic ad stipulatur itidem vetustus Scriptor Q. Fab. Pictor. Italia, inquit, imperium penes duos populos principes exitit. Posterius eis Romani; Principio Thusci sub Jano ceperunt in aureo seculo. Est a. Janus Noa, quem scriptores prophani etiam Ogygem, et Gallum, et Proteum Sagam, et Vadimona, et Vaticanum, etc. appellant, ut discere est etiam ex Xenophonte de Equivocis. Et Sagam idem esse quod SCYTHAM ex Caspiis, colligitur ex eodem, et aperte docet præter Catonem, etiam Mela, qui ita Scythas vocari ait à Persis. Plinius, Solinus, Eustathius Sacas scribunt.

Sequitur *Iustinus Epitomator*
Pom-

Pomp. Trogi. Scytharum gens, inquit, lib. 2. cap. 1. antiquissima semper habitata. Quo loco, quibus argumentis Scythæ cum Ægyptiis de generis vetustate contenderint, inveniet, qui prolixiore hac de re cognitione delectatur. Cæterum universos deinceps Europæos, præsertim septentrionales, ex ASIA nimirum & SCYTHIA propagatos, antiquitus SCYTHAS nuncupatos, inter multos potissimum testatur Strabo, lib. 1. in hunc sensum: De præscorum Græcorum sententia hoc dico; Quod sicut nota versus Aquilonem gentes, uno nomine Scythæ vel Nomades, ut Homero adpellata fuerunt; postea vero cognitæ etiã occidentis regionibus, CELTÆ atque IBERI, aut mixtis vocabulis CELTIBERI, & CELTOSCYTHÆ dici ceperunt, sub uno nomine singulis diversisque gentibus, ob ignorantiam comprehensæ: ita quæ versus meridiem ad Oceanum sita sunt, omnia Æthiopia adpellatione. supra nota-

tata. Item lib. 2. *Veteres Græcorum* *Scriptores universas gentes septentrionales SCYTHARUM & CELTOSCYTHARUM* *adpellatione adfecerunt.* Hisce, ut monui, *Cluverius*, præter Illyricum et Britaniam, etiã Gallos & Hispanos includit; An rectè, ipse viderit. DE GERMANIS certè nullum nobis dubitium relinquit *Plinius*, qui lib. 4. Cap. 12. *SCYTHARUM*, inquit, *nomen usquevagvè transit in Sarmatas atq; Germanos: nec aliis prisca illa duravit adpellatio, quàm qui extremi gentium harum, ignoti propè cæteris mortalibus, degunt.* Scytharum priscam adpellationem in Europa suo ævo defuisse significat, easque gentes, quæ olim in Europa SCYTHÆ adpellatæ sunt, tunc in SARMATARUM & GERMANORUM nomina distinctas abivisse. SCYTHARUM vero nomen ultra hosce, in Asia scilicet apud gentes, Europæis penè incognitas constitisse.

DE

DE SVEONIBUS & GOTHIS

& reliquis SCANDIÆ popu-

lis, nullo unquam tempore

dubitatum fuit, quin SCYTHIS,

etiã in specie sic dictis, annu-

merarentur. Vetustissimi, inter

quos *Timæus* apud *Plin.* lib. 4. c.

12. Scandiam quæ BANNOMANAM

vocat, in quam veris

tempore, fluctibus Electrum ejicia-

tur, ante Scythiam sitam, & à Scy-

thia abesse diei cursu, asserit. Ean-

dem ap. eundem *Plin.* *Xenophō* *Lā-**psacenus* *BALTIAM*, et *Pytheas**BASILIAM* adpellantes, ajunt

à litore Scytharum tridui naviga-

tione distare. De qua itidem *Dio-**dor Sicul. Biblioth. Hist.* lib.

5. Sect. 23. E regione Scythiæ,

inquit, supra Galliam in Oceano

insula jacet, quæ *Basileam* vocat;

in hanc succinum largè à flucti-

bus expuitur. Tenendum verò est

Auctores hosce, Insulam hanc,

(quam putarunt) in mari Cro-

nio, quod Oceanum Glaciale

vulgò vocamus, ultra Scythiæ

litora collocasse; ignaros quidpè

penin-

Gothos esse
Scythas ne-
gat *Lazus*
lib. 10 pag.

553.

Gros. proleg
p. 2.

peninsulam esse, et ipsius continentis Scythicæ Europæ extremam veluti quandam fimbriâ. Hisce adstipulantur recentiores, magni nominis Viri, quorum nonnullos supra de Gothorum patria citavi. Inter quos *Hermann Schedels Senens.* in Epitom. Orbis, *Secundus filius*, inquit, *Japheti MAGOG, à quo SCYTHIA, et à quibus SVECIA & GOTHIA nomen habent.* Et *Petrus Trecens.* in Rudiment. Novit. *GOTHIA,* inquit, *Scythia interioris est provincia in Europa, quæ ut creditur, à Magog filio Japhet est vocata.* Atque in hanc rem citat *Isidor.* lib. 9. Et *Jacobus Bergomens.* in supplemento Chron. *Magogus vero*, inquit, *Magogas gentes instituit, quæ à Græcis Scythæ appellata sunt, & à quibus Scythia et Gothia nomen habuerunt.* Ante hos etiam *Jordanes*, huic sententiæ favit, quem sequitur Historicus noster patrius *Joan. Magnus*, communi nomine Gothos accipientes & Scythas

Hic merito loca probatorum auctororum esset alleganda, qui eas de res gestas

thas, quorum res gestas, ut *indifferenter Scythia Gothicaque attribuant.* nius populi, pariter prosequuntur. SCYTHARUM verò in specie sic dictorum Progenitorum primū, omnes post *Joseph.* lib. 1. Cap. 7. MAGOGUM, NOÆ ex *Japhet* nepotem, fuisse, unanimiter consentit. Nunc, qui posterioribus temporibus CELTÆ adpellati fuerint, dispiciamus.

HISPANIS, in quibus populi CELTIBERI, CELTI & CELTICI recensentur *Plinio, Straboni, Ptolomeo &* omnibus, nomē hoc competere, nemo dubitaverit; ut et GALLIS, in quibus CELTÆ propriè dicti sunt. Gallia Narbonensis incolæ; sive ut *Cæsari* placet, et *Plinio*, Lugdunensis, à quorum denominatione propria, in vicinas primum, ac deinceps in remotiores nationes, CELTARUM hoc nomen latè atque impropiè, procul dubio, dimanavit. Id quod sensisse etiam *Strabonem* animadverto, ubi dicit lib. 4. *Hac diximus de Gallis, qui Narbonen-*

bonensem provinciã incolunt; quos
 prisca Celtas adpellarunt. Ab his
 verò arbitror, et universos Gallos
 ab Gracis, Celtas fuisse dictos,
 ob gentis claritatem. etc. DE
 BRITANNIS, quæ allegat Clu-
 ver. ex Aristotele, Stannum Cel-
 ticum multo quam plumbum ci-
 tius liquefieri. Item ex Mela
 lib. 3. Cap. 6. quod est de Hi-
 spania & septentrionis insulis: In
 Celticis aliquot sunt, quas, quia
 plumbo abundant, uno omnes no-
 mine Cassiterides adpellant. (DE
 Stanno a. Anglico eos loqui, in-
 sinuare vult Cluver.) Vereor ne
 ex erroribus authorum, Cassi-
 terides (si per Cassiterides Bri-
 tannia intelligenda est) contra
 Hispaniæ litora collocantium;
 sive (si Cassiterides Hispaniæ sūt
 insulæ) eas Britanniam inter-
 pretantium, veritatem adstrue-
 re satagat. Verum, ne cui hic
 palpum obtrudatur, disertè di-
 stinguentem advertamus Diodo-
 Sicul. lib. 5. inter Cassiterides
 & Britanniam; *Supra Lusitanorū,*
 in-

inquit, enim provinciam multum
 stannei est metalli. In Insulis
 videlicet in Oceão objacētibus; quas
 idcirco Cassiterides nuncupāt. Mul-
 tum quoque ejus in oppositam
 Gallia continentem ex insula Bri-
 tannica transportatur, quod per
 Celtica mediterranea equis Mer-
 catores ad Massylienses & Narbo-
 nensium urbem deferunt. Et hinc
 Stannum illud Celticum, quod
 scilicet Massiliã & Narbone (ubi
 propriè Celtæ) in reliquas re-
 giones divendatur. Itã n. ipse
 Diodor. supra eod. libro CEL-
 TAS definit. Nunc, inquit, quod
 à multis ignoratur, desiniri opera
 pretium est. Qui interiora circa
 Massiliam tenent, & qui circum
 Alpes, accis Pyreneos montes ha-
 bitant, hos CELTAS nominant.
 De iisdem Insulis Plin. lib. 4.
 cap. 22. Ex adverso Celtiberiæ
 complures sunt insulæ, Cassiteri-
 de dicta Gracis, à fertilitate plum-
 bi. Quid ergo mirum, si stannum
 vel plumbum ex hisce transpor-
 tatum, vocetur Celticum? nihil
 enim

enim hoc ad Britannias. De GERMANIS, an CELTÆ nūcupati, & verè fuerint, videndum. Locus ille *Dionis Coccejanii*, in quo sibi palmarium ducit *Cluverius*, non nisi de natione unâ, eademque antiquitus Celticâ, id est Gallicâ, utramque Rheni ripam accolente, intelligi potest. Sic enim scribit lib. 39. *Rhenus ex Alpibus Celticis, paulò extra Rhatiam oritur: inde versus Occidentem profluens, ad sinistram Galliam, ejusq; incolas ad dextram Celtas dividit: Tandemq; in Oceanum exit. Hic quidpè limes in hanc usque diem earum regionum habetur, ab eotempore, quo diversa nomina adepta sunt. Siquidem antiquissimis temporibus populi isti, ad utramque fluminis ripam colentes CELTÆ appellati fuere.* Reliqua, quæ ex Appiano, Diogene Laërtio, & Plutarcho, variantia, adfert, aut de eadem gente Rheni accolâ, aut ex ignorantia, ut fit, veri discriminis opulorum, orta de-

prehen-

prehendes. Nec diffitetur ipse *Cluverius*, dum inquit: *Cujus diversitatis ratio unica est, quia in univversum tam Commune omnibus ad utramque amnis ripam semper fuit vocabulum hoc, uti alterutris tanquam proprium & peculiare ad discrimen alterorum, certò adscribi nequivit.* Ea potiora sunt, quæ adducit idem *Cluverius* ex *Possidonio ap. Athenæum* lib. 4. *Strabone* libb. 1. 4 & 7. Et *Plutarcho in Casare & Crasso*, qui omnes, GERMANOS suo nomine Germanos, Gallos verò CELTAS adpellant. Atque cum hisce, & iis quæ prius dicta sunt de Germanis, nimirum SCYTHAS etiam illos vocatos fuisset; adprimè consonant, quæ ex vetusta fide *Ephori* leguntur apud *Strabonem* lib. 1. sc. *Cæli terraque regiones in quatuor distributas fuisse partes. Versus subolanum habitari ab Indis; versus Austrum ab Æthiopibus; versus occasum ab Celtis; versus Aquilonem à Scythis.* Nimirum post-

quam

quam etiam occidentales regiones
 (ut supra ex eodem allegatum)
 cognosci coepta sunt, CELTÆ,
 Galli sc. & Hispani, à SCYTHIS,
 quorum pars Germani, qui se-
 ptentrionales partes tenebant, di-
 gnosci & suo nomine distingui
 coeperunt. Nec minus huc fa-
 cit locus *Dionysii Halicarn.* Antiq.
 Rom. lib. 7. quem latinè trans-
 latum, in hæc verba citat *Clu-
 verius*: *Nec longa temporum serie
 adduci potuerunt, ut cultum Deo-
 rum, quorum sacra patrio ritu
 celebrant, dediscere, aut aliqua
 ex parte immutare voluerint vel
 Ægyptii, vel Afri, vel Celtae, vel
 Scythæ, vel Indi; vel ulla alia
 gens Barbara.* Commentatur hūc
 locum *Cluverius* hisce verbis:
*Ubi recto ordine Auctor Ægyptiis
 conjungit Afros; his proximos, fre-
 to Gaditano intercedente, Celtas,
 sub quorum nomine Hispani, Galli,
 Illyrii, Germani; Celtis Scythas,
 sub quorum adpellatione proximi
 Germanis Sarmata etc.* Si hæc
 verba essent *Dionysii*, crederem
 her-

herelè; nunc ambiguus aliquan-
 tum hæreo, cum videam Virum
 utriusque lingvæ, Historiæque
 peritissimum, *Sigismund. Gele-
 nium*, eundem locum in hunc
 modum vertisse: *Vel Ægyptii, vel
 Afri, vel Galli, (Κελτίς) vel Scy-
 thæ, vel Indi.* Vana quoque
 sunt & erronea, quæ de Celta-
 rum adpellatione Germanis tri-
 buenda, ex *Diodoro Siculo* ad-
 fert. Distinguit n. ille disertè,
 ut ex supra citatis liquet, in
 CELTAS & GALATAS sive
 Gallos. Galatarum verò (non
 Celtarum) nomine compre-
 hendit, errore maximo, etiam
 Germanos, quod ex regionum
 terminis, quos Galatis vel Gal-
 lis tribuit, facilè est dijudicare.
 Hæc n. supra citatis annectit:
*Qui verò infra hanc ipsam Cel-
 ticam, partes Austrum versus,
 & ad Oceanum, Hercyniumque mon-
 tem, sitas, incolunt, omnesque ad
 Scythiam usque diffusos, GAL-
 LOS vocitant. At Romani, gen-
 tes hæc universas, unâ Gallorum*
 adpel-

adpellatione comprehendunt. Unde manifestum evadit, Germanos non solum Celtas, sed & Gallos, antiquitus per merum errorem vocitatos fuisse, id quod confirmat etiam *Volaterran.* lib. Geogr. 3. *Gallos, inquit, omneis, & Germanos, uno vocabulo veteres Græci CELTAS, Romani Gallos adpellabant.* Cum Volaterrano faciunt multi magnæ eruditionis viri, qui ex bonis Auctoribus idem annotarunt; inter quos est *Glaucanus* ad Tacitum, *Joan. Rellianus* ad Cæsarem, & *Justus Lipsius* ad Panegyrum. *Plin.* Quos quidem confutare nititur *Cluverius*; verum frigide & irritò conatu, dum singulos, prout adducuntur Auctores, sine ulla ullius approbatione, mutare, corrigere, & ad suum sensum corrumpere, auctoritate propriâ & plusquam Censoriâ, præsumit. Eâ videlicet ratione, qua etiamnum hodie Turcæ & omnes Asiatici, atque adeo Æthiopes ipsi (teste, ex multis, *Ortel.* in Theſ.) un-

niver-

niversas nationes imperii Romani FRANCOS, & ipsum Imperium & Imperatorem Francicum adpellant. A vicinis scilicet vel primis quibus cum vel confortia sociarunt, vel bella gesserunt; Reliquos omnes absque cura, & ut loco supra allegato, notabiliter loquitur *Strabo*, Ἀγρὴν ἀγνοίαν, per ignorantiam, indifferenter denominantes. Quæ admodum de tali variorum populorum ex uno, indifferenti adpellatione, supra in Discursu de Gutis, annotatum est. *Plinium* deinde atque *Ptolomæum Cluverius* in subsidium advocat. Illud, quod Promotorio Lytarmi, (ad Obii fluminis ostium) CELTICAM finiat; Hunc quod *Operus Quadrupartiti* lib. 2. universam EUROPAM Κελτοῦ αλασίαν nuncupet. Verum mirari libet, quo casu Celticæ vocabulum, ibi loci, *Plinio* memoratum sit: cum nusquam in universo suo opere, appellet ille Europam Celticam. Si *Cluverius* esset,

subindè mendam subesse clamar. *Ptolomæum* quod attinet, si ne dubio, erravit ille errorem communem, in quo hallucinati sunt in univèrsam, initio, tam Græci, quam Romani Scriptores, ut ex suprâ allegatis ex *Strabone*, *Diodoro Sicul.* *Herodoto*, & aliis, patet. *Κελτογελασία* enim Latinis Auctoribus **CELTOGALLIA** est. Quæ verò ille ratione univèrsam Europam Celtogalliam nuncupare potuerit, Ego sanè dispicere nequeo; nisi eâ, quâ; uti suprâ memini, Turcæ totum Christianismum **FRANCOS** adpellant. Verùm, quæ nescit quantum fidei in longinquis, & tunc etiam ignotis regionibus, *Plinio*, ac præsertim *Ptolomæo*, habendum sit; is tuam, *Cluveri*, perlegat *Præfationem ad Lectorem*, *Antiq. Germ.* præmissam, ubi hominem nec unius æstimas assis. Sed de hisce satis. Sint, si ita placet, Germani Celtæ: Nihil laboro, nec anxie ea de re disputo. Sunt enim nonnulli,

nulli, præsertim circa Rhenum, revera Celtæ; multi etiam alibi. **GALLOS** etenim quondâ Rhenum transgressos, quædam Germaniæ obsedisse loca, auctor est *Cæsar de bello Gall.* lib. 6. & *Tacit. de Morib. Germ.* idque factum fuisse, jam vetustissimis temporibus Romæ regnante *Tarquinio Prisco*, testatur *Liv.* lib. 5. idque post eâ tempora sæpissimè factum fuisse produnt *Historiæ*. Non itaque mirum, si ex tam frequenti in Germaniam immigratione, ibidè invaluerit nomen Celticum. **GOTHOS** verò & **SVEONAS**, & univèrsim omnes **SCANDIANOS** **CELTAS** esse, vel nuncupatos fuisse, nemo mihi ullius idonei authoris fide comprobaverit; multò minus (nisi per errorem) Celto-Scythas. Nullam enim D. O. M. beneficio singulari, jam à primis rerum initiis, **SCANDIA** sensit *gentium* peregrinarum mixturam, de quo alibi fusius.

Hinc, cum rem censeamus

mus arduam, Et ingentis considerationis, Gentem omnium antiquissimam, nulla unquam illuvie exoticâ corruptam, in nationis cuiuspiam alienæ, primò proprium, mox vagum, nec primis fortè temporibus nec in nostro Orbe exortum vel auditum Nomen, temerè transire; malumus cū primis nostris Progenitoribus indubitatis, SCYTHIS ARAXEIS, sive SAGIS, sive ARAMÆIS, SCYTHÆ certè manere, & nuncupari. Sic n. sive MAGOG, sive ASCHENAS, sive GOMER, vel quivis alius ex filiis vel nepotibus Japhet, gentis nostræ Conditor & Origino fuerit, indubitato SCYTHÆ erimus. CELTA ille primus, Quis, vel undè fuerit, vel an ullus illius nominis unquam homo fuerit, & si non, quâ occasione, quo eventu, quando, & ubi natum sit Nomen illud, nemo unquam dixerit. *Cluverius* quidem ipse in sine Cap. 2. lib. 1. certam no-

bis

bis rem promittit, hisce verbis: *Ceterum non ex opinione eam, & conjecturâ quâdam, Græcos prædictis tribuisse gentibus; sed reverè proprium hoc & genuinum germanum omnium fuisse nomen atque genus, mox infra quamplurimis, gravissimisque demonstrabo argumentis.* Verum quid præstet, cum ad rem veniendum sit, ex ipsiusdem liquet confessione in init. Cap. 9. lib. eodem. *Sed ipsum, inquit, Celtarum nomen genuinum gentis ac germanum propriumque fuerit, domi inter eos natum; an ab antiquissimis Græcorum, à re quâdam, ut pleraque alia gentium exterarum vocabula, postea inditum, satis compertum vix habeo.* GALLORUM quosdam primum in specie à Romanis, & omnes in genere à Græcis, CELTAS dictos fuisse, idque nominis quibusdam populis in Germania, ex Gallis oriundis, rectè competiisse, ac tandem in plures, per errorem nonnullorum

rum

rum Auctorum, etiam longius diffitarū nationum, diffusum fuisse, tam certum est, quam quod certissimum; reliqua in illa adpellatione incerta omnia, quibus niti nos piget, pudetque. Ea enim quæ fabulantur antiqui de HERCULIS filia CELTO; & quæ consarcinat nova *Cluverius* de ASCHENACE, alio nomine dicto CELTA, & filia, (imò inquit filio potius) ejusdem BRITANNO, pari nobis sunt pondere & momento, apinæque tricæque, & si quid vilius istis.

DISSERTATIO TERTIA.

An SCANDIA GERMANIÆ sit pars, vel rectè eidem accenseri possit?

SCANDIAM, sive SCANZIAM, sive SCANDINAVIAM, Fabulatoribus Græculis, ut vult *Cluverius*, modò ABALUM, modò BASILIAM, modò BANNOMANNAM, BAL-

BALTIAM, & nescio quid non, dictam, omnes in universū Scriptores vetusti, tam Latini, quam Græci pro insula habuerunt, à rota continente Europæ versus septentriones, ex adverso confinium Scythiæ & Germaniæ, Oceano Scytho-Germanico divisam. Quo errore decepti, plerique illam Scythiæ, nonnulli etiam Germaniæ accensuerunt. Ità enim fert usus & ratio, ut insula quæque ejus censetur continentis, cui proximè adjacet. *Corn. Tacitus* SCANDIÆ quidem non meminit; Quia tamen eodem quo reliqui, errore, SVIONES, ut Insulares, inter Germaniæ populos recenset; idoneum, quem sequatur Auctorem nactum sese ratus *Cluverius*; SCANDIAM cujus incolas esse SVIONAS ille quidem scivit, quod fortè *Tacito*, ne per somnium quidem unquam in mentem venit, hac occasione, Germaniæ subicere aggressus est. Non potuit, nisi sciens voluisset, errare.

(110)

te *Cluverius*, quem non fugit, Scandiam non esse insulam, sed continentem, ipsi Europæ Scythiæ sive Sarmatiæ continuam, Germaniæ nullâ sui parte contiguam: Sed ab eadem Fluvio Vistula, & ingenti maris Baltici divortio seclusam; Propriis Legibus & Regibus, tot annorum millenariis gubernatam. *Tacito*, *Plinio*, *Solino*, & aliis istius ævi Scriptoribus facile ignosco, quippe quibus res & regiones ad Boream ultra Germaniam sitæ, non nisi per nebulam quasi, & Pythica mendacia, innotescere potuerunt. Verum, ut *Benev. Lectori* patefcatur, quanta cuique horum Auctorum competat harum regionum notitia, & quanta cuique adhibenda sit fides; En, discutiamus singulos.

Tacitus igitur de *Moribus Germ.* in hunc modum loquitur; *SUONUM* hinc civitates ipso in Oceano, præter viros armaque, classibus valent. Et post: *Est apud illos*

(111)

*illos & opibus bonos, eoque unum imperitat, nullis jam exceptionibus, non precario jure parenti, nec arma, ut ap. ceteros Germanos in promiscuo: sed clausa sub custode, & quidem servo: quia subitos hostium incurfus prohibet Oceanus. Ociosa porro armatorum manus facile lascivunt, Enimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem armis præponere, regia utilitas est. Trans SUONAS aliud mare pigrum, ac propè immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis jam Solis fulgor in ortus edurat, aded clarus, ut sidera hebetet. Sonum in super emergentis audiri, formasque Deorum & radios capitis aspici pervasio adjicit. Illuc usque (& fama vera) tantum natura. Ex hisce patet, *Tacitum* SUONIAM putasse insulam fuisse, continenti Germaniæ proximè adjacentem, cetera terrarum omnium ultimam, & quâ rerum natura clauderetur. Quo respectu,*

GER-

Germaniæ illam annumerãre non dubitavit. An verò & hic ipse per SVIONAS SCANDINAVIAM intellexerit, valte ambigo. Nec enim ipsi Scandinaviæ nomen minus cognitum esse potuit, quam coætaneo ipsius *Plinio*, cui tamen SVEONUM gens in SCANDINAVIA non memoratur. Haud quãquã igitur tam nobilis & imensis insulæ, (ut putabatur) nomen, in Germaniæ recensione reticuisset, si Scandinaviam putavisset SVIONIBUS inhabitatam, & Germaniæ magis quam Scythiæ annumerandam. Quo facto, manifestò liquet, cum Scandinaviam, ut ad Germanos nihil pertinentem, reliquisset: SVIONAS verò putasse illum, ut Svevo aliam, & cam propriam, à continente Svevorum incoluisse insulam. Quo errore, in alium errorem, cum *Peucero* & *Willichio*, inductus est *Ortelius*, ut putarent SVIONAS insulas Pomeranicas circa ostium Oderæ, Swi-

Swine (levi nominis allusione levem suspicionem adjuvante) non procul Rugiis & Lemoviis, incoluisse. Unde postmodum in Sveciam eos emigrasse, se suspicari dicunt. Aliter enim hi non vident, quã ratione SUIONES Germanis accenseri queant; nisi scilicet errorem *Taciti*, alio magis puerili errore emendent, non animadvertentes se *Taciti* ipsius verbis de situ & Cœlo Svionum, apertè redargui. Verum enim verò, ut eluceat, quæ & quam crassa veterum omnium fuerit de Oris hisce ignorantia, & quam vanè atque niptè definiuntur, ex illorum auctoritate, harum regionum situs & termini, audiamus etiam reliquos.

Ptolomæus ab Orientali latere Chersonesi Cimbricæ in ipso situm, qui nunc vocatur Balthicus tres collocat SCANDIAS; Earum nullam nostram esse Scanziam, sive Scandiam, sive Scandinaviam, quæ Sveciam & Gothiam

thiam continet, certo certius est, Quod facile colligitur ex cujusque assignatione graduum longitudinis & latitudinis. Has eandem *Pomponio Mela*, in sinu Codano HEMODES esse asseverat, cum aliis, *Ortelius*. Easque conjectatur esse, quas hodie præcipuas numerant: *See-land/ Svn/ Langland/ Mden/ Falster/ Laland & Femern*. Sed iterum errat, cum ipso *Mela*, *Ortelius*; *Mela* enim eas proximè post Orcadas, rectè cū *Plinio* recenset, sed perperam collocat in sino Codano, quasi vergeret sinus ille versus Chersonesum Cimbricam ab Occidente in ipso Oceano Germanico. CODANONIAM, cum duabus minimis Scandiis *Ptolomæi*, non negarim posse comprehendere sub insulis DANIÆ; SCANDIAM vero maximam quod attinet, quam dixit maximè Orientalem, juxta Vistulæ fluvii ostia sitam, cujus partes maximè septentrionales, sint in longit.

gr. 44, 36. Latit. 58. 36. GUTLANDIAM esse, sed usque in Livoniam extractam, & cum eadem confusam, non nemo suspicari queat: Præter situm, n. qui quadrat, in ea non solum GUTAS sed etiam LEVONOS collocat. Quavis certo sciã *Ptolomæum* ipsum nescivisse quid scripserit, quot & quæ fuerit hac regione insulæ vel peninsulæ. Omnia etenim in SCANDIIS ipsius deprehendes confusa; Daniã, Bornholm, Gotlandiam, Oseliam, Livoniam. Sveciæ & Gothiæ continentem toto Scandiarum suarum situ nusquam pertingit, eoque nec finibus GERMANIÆ includere potuit. Quam ob rem gravissimè ei succenset *Cluverius* De Hemodibus, (Plinio sunt Aemodes) quod dixi, ita scribit *Pomponius* lib. 3. cap. 6. *Triginta sunt Orcades, angustis inter se diductæ spaciis septem HEMODES contra Germaniam projectæ, in illo sinu, quem CODANUM diximus. Ex*

is Codanonia, quam adhuc Teu-
toni tenent, ut magnitudine ali-
as, ita fecunditate antestat. Hanc
 Codanoniæ Danorum SE-
 LANDIAM esse, iterum con-
 jectantur. Sed, si hanc Teuto-
 ni tenuerunt, ubi tunc Dani?
 An omnia putas plena erroribus?
 Sed *Solinum* conveniamus. Is
 cap. 23. aliis 33. De Germani-
 cis insulis, inquit, *SCANDINA-*
VIA maxima est: Sed nihil in ea
magnum, præter ipsam. Brevibus
 nos expedit; Sed hic profectò
 nihil, præter meram ignorantiam!
 Nunc *Plinii* scrinia ex-
 cutiamus, cujus Geographiam
 accuratissimam, non uno
 loco laudat, & tantum non in
 coelum tollit *Cluverius*. Is lib.
 4. cap. 13. in hunc modum
 differit: *Excundum deinde est, ut*
extera Europa dicantur: trans-
gressisque Rhiphaos montes, littus
Oceani septentrionalis in lava,
donec perveniatur Gades, le-
gendum. Insule complures sine
nomimibus, eo situ traduntur. Ex
 qui-

quibus ante *Scythiam*, qua appel-
 latur *BANNOMANNA*, abesse
 à *Scythia* diei cursu, in quam ve-
 ris tempore fluctibus electrum eji-
 ciatur, *Timaus* prodidit. Reliqua
 litora incertâ signata famâ. *Se-*
ptentrionalis Oceanus, Amalckium
cum Hecateus appellat, à *Para-*
pamiso amne quâ *Scythiam* allu-
 it, quod nomen ejus gentis lingua
 significat congelatum. *Philemon*
Morimarusam à *Cimbris* vocari,
 hoc est, mortuum mare, usque ad
 promontorium *Rubeas*, ultra dein-
 de *Cronium*. *Xenophon Lampsa-*
cenus à litore *Scytharum* tridui
 navigatione insulam abesse, im-
 mensa magnitudinis, *BALTIAM*
 tradit; Eandem *Pytheas BASILI-*
AM nominat. Feruntur & *Oona*,
 in quibus ovis avium, & avenis
 incolis vivant. *Alia*, in quibus
 equinis pedibus homines nascantur,
Hippopedes appellati. *Fancogor-*
um alia, in quibus nuda alio-
 quin corpora, pragraudes ipsorum
 aures tota contegant. NB. Inci-
 pit inde clarior aperiri fama ab
 H 3 gen-

gente **INGÆVONUM**, quæ est prima inde **GERMANIÆ SÆVO** Mōs ibi immensus, nec **Riphæis** jugis minor, immanem ad **Cimbrorum** usque promontorium efficit sinum, qui **CODANUS** vocatur, refertus insulis: quarum clarissima **SCANDINAVIA** est, incomparte magnitudinis, portionem tantum ejus, quod sit notum, **HILLEVIONUM** gente **D.** incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Lectorem hic monitum volo, **Cluverium** **HELLEVIONES** hocce omninò facere velle **SVIONAS**. Sunt a. reverà **HLIVIONES**, aspirato **HL**, Gothico pronunciatu, **LIVONES**; qui **Ptolomæo** similiter in **SCANDIARUM** maxima sunt **LEVONI**. **Aventuræ** quoque **Annal. Boj.** lib. **I.** mihi suffragatur. Nec est minor opinione **FENINGIA**. Quidam hæc habitari ad **Vistulam** usque fluvium à **Sarmatis**, **Venedis**, **Scyris**, **Hirris** tradunt. Sinum **Clysi-penum** vocari, & in ostio ejus insulam

insulam **Latrin.** Mox alterum sinum **Lagnum**, conterminum **Cimbris**. Promontorium **Cimbrorum** excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ **Cartris** appellatur **XXIII M. pass.** etc. Hinc, si conferantur nunc omnia, manifestum evadit, universos, qui isto, & superioribus seculis quicquã de **Septentrionalibus** hæcce terris, scriptis prodiderunt, **Andatarum** more pugnantium, coecos aëra ferire. Omnia confusa, omnia incerta vides, terras coelo mixtas. Quin & idem **Plinius**, **SCANDIAM** aliam facit à **SCANDINAVIA** lib. cod. cap. **16.** **Timæus Historicus**, inquit, à **BRITANNIA** introrsus sex dierum navigatione abesse dicit insulam **Mictim**, in qua **plumbum candidum** proveniat. Ad eam **Britannos** vitilibus navigiis corio circumfatis navigare. Sunt qui & alias prodant, **SCANDIAM**, **Dumnam**, **BERGOS**, maximamque omnium **NERIGON**, ex qua in **THULEN**

navigetur. Hic clarū est SCANDIAM cum aliam & propinquam facere insulis BERGEN & NERIGON nescius BERGEN oppidum esse in NERIGO (Norige); & NERIGON partem esse ipsius SCANDIÆ. Et quid in mentem venit *Cluverio*, cui nulla BALTIA vel BASILIA nota, nisi ex uno *Plinio*; nec tamen minus eam confundit cum SCANDINAVIA, quam Plinius ipse ab eâ situ & toto coelo facit distinctissimam? Hanc enim ipso sinu CODANO collocat; illā SCYTHIÆ littoribus opponit. Quid? cum BANNOMANNAM Scythiæ adhuc propiorem, & ab his Oris longius disitam, in BALTIAM mutet, nec vereatur contra omnium Codicum fidem, pro ipsâ voce BANNOMANNA, quæ omni mendæ suspicionē caret, substituere vocem BALTIA, Sed qui potuit aliter nisi scilicet omnibus ad suum sensum confusis, mixtis, mutatis,

tatis, correctis, corruptis, GERMANIAM ultra SCANDIAS extendere? Quis potuit aliter Gothos in Cassubiam transfretare? Non sunt levia quæ molitur. Huc facit quod cum monte SEVONE & INGEVONIBUS machinatur *lib. Antiq. Germ.* 3. c. 38. ubi pro more suo, interpretando, incauto Lectori obrepit, quasi *Plinius*, & qui per totum, cum sectatur *Solinus*, Montem Sevonem, & adhabitantes Ingevones, à quibus initium fit Germaniæ, non in ipsa continente Germaniæ, sed in Scandinavia collocent, cum tamen nihil minus, quam hoc mentis fuerit tam *Plinio* quam *Solino*, ut tum ex supra allegatis, tum ex iis quæ capite sequi scilicet 14. de Germaniæ populis prodit ille, manifestò claret. *Solini* verba supra cit. cap. hæc sunt: *Mons SEVO ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit, hunc Ingevones tenent, à quibus primis post*

H 5 *Scya*

*Scythas nomen Germanicum con-
surgit. Plinius vero sic se decla-
rat: Germanorum, inquit, genera
quingve, Vindili, quorum pars
Burgundiones, Varrini, Carini, Gut-
tones. Alterum genus Ingevonnes,
quorum pars Cimbri, Teutoni, ac
Cauchorum gentes. Quid, mi Clu-
verii? Ergone Cimbri, Teuto-
ni, Cauchi in SCANDIA? Plu-
res sub Ingevonum genere non
continentur. An mons SEVO
per totam Scandiam excurrit
in Cimbros, Teutonos, Cau-
chos? HILLEVIONUM gen-
tem unam in Scandinavia no-
vit Plinius. Cur, si SEVONEM
putasset Scandinaviae montem,
hanc gentem, ut proximè acco-
lentem, ab Ingevonum genere
exclusit? At Plinius dicit montem
SEVONEM efficere sinum, in quo
ipsa Scandinavia sita est: Quae
ergo ratione ipsi SEVO in ca-
dem ipsa Scandinavia existere
potuit? Nugatur Cluverius, ne
quid pejus dicam. A Cimbris
itaque, ut in ultimo Germaniae
Promo-*

Promontorio habitantibus Ger-
manorum post Scythas pri-
mis incipit gens Ingevonum, in-
deque ultra in Germaniam ad
oram litoralem, à primis nimi-
rum JUTIS, ii enim hodiè Cim-
briam obtinent, per Teutonos,
qui hodiè Holfati vocantur &
Saxones circa Lubecam colen-
tes; & indè per Cauchorum gen-
tes, quorum sedes tenent nunc
Bremenses & Frisii orientales,
usque ad Amisiam amnem, vul-
gò die *Nemsi* secundum litus
Oceani in longum porrigitur, Et
hæ SEVONEM montem, ad-
mentem *Plinii* adcolunt, quem
per hæc gentes usque in extre-
mum Promontorium Cimbric-
um excurrere, ingentemque il-
lum sinum facere, qui vocatur
Codanus, credidit ille. Qua ra-
tione *Plinio* hic sinus excrescit
extra Jutiam, versus Hollandi-
am. Qui verò intra est, ipsi La-
gnus vocatur. Id quod & *Pomp.
Mela* creditum est, quod liqui-
dò patet ex eo quod dicit cap. 3.
lib.

lib. 3. *Super Albin ingentem sinum Codanum, magnis parvisque insulis refertum. In eo esse Cimbroſ & Teutonos, ultra ultimos Germania Hermiones.* Et quod cap. 36 dicit: *Hemodes contra Germaniam in sinu, qui vocatur Codanus projectas.* Nec profectò ullà Ego rationem inire possum, quã Plinium tuum ab ingenti illo errore salvare possis; nisi Cauchos tuos ab eo transferri patiaris intra verum sinum Codanum, quem ille *Lagnum* appellat, ad litora Scandiæ opposita, & Orientalem, vel RHENI ut Occidentalem. Lubet a. ad horum Geographorum conceptus, Tabulam effingere, ut cordato cuivis liqvere possit, quæ hinc regionum & finium certitudo adstrui possit. TEUTONOS verò, ut quod vult, obtineat *Cluverius*, DANOS facit, nimis quam ridiculè derivans DAN à THEUT, DAN-SKE à THEUTSCHE; de quo plura piget. *Beatus Rhenanus* etiam

iam miserè vapulat, quod Ingevonum nomen corruptum dixerit à WIGEWONES, (*Wif. woner*) eã ductus ratione, quòd sinum illum, quem mons Sevo efficit, circumhabitarint. Obstitit etiam aliquantisper *Mela*, dicendo: *Super Albin Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. In eo sunt Cimabri & Teutoni. Ultra Cimbroſ, & Teutonos, ultimos Germania esse HERMIONES.* Necessum itaque fuit, ut ultima hæc vox in HILLEVIONES mutaretur, aliter res constare non potuit. Sed quid? nusquam non sui similis est *Cluverius*. Ex continenti Germaniæ, ubi hi siti, in Scandiam iterum transire non potuit. Sed quo pacto Ingevones, quos SEVONEM in Scãdinavia accolare vis, primi post Scythas erunt Germani; si HILLEVIONES, qui in eadem Scãdinavia proximi sũt Cheriõeso Cimbricæ, sunt Germanorum ultimi? Certè Ego non queo dispicere. quo

quo modo te ipsa salus, si velit, saluare possit ab improprio calumniae, simul & arrogantissimae tyrannidis, quam in Auctores, immanè quam intemperanter exerces! Sed ad te, *Lector Benevole*, redeo, insinuans quæ verè ac sincerè monet *Strabo* lib. *Geogt.* 7. *Germanorum*, inquit, *ut dixi, qui sunt Septentrionales, juxta litus Oceani porriguntur, noscuntur ab Rheni ostiis, usque ad Albim; inque his notissimi Sigambri & Cimbri. Quæ a trans Albim sunt ad Oceanum, nobis prorsus sunt ignota. Nam neque priorum quemquam comperimus, litus istud prater navigasse in Orientem versus ad Caspii maris usque faucibus: (quod scilicet fecisse se falso gloriatus est Pytheas) neque ultra Albim sita, Romani adiverunt; Nec terrestri quidem itinere quisquam illa perlustravit. Quid a. sit ultra Germanos, & alios his conterminos, sive ii sint Bastarna, ut plerique putant, vel alii inter-*

jecti

jecti, sive Jazyges, sive Roxolani, sive alii in plaustris degentes, non facile dixerim; neque an tota illa in ora Oceani, aliqua sit portio, quæ vel ob frigus, vel alia de causa habitari nequeat; item, an aliud genus mortalium Orientalibus Germanis & Oceano sit interjectum. Eadem ignorantio est reliquorum ad septentrionem vergentium; Neque enim scimus, Bastarna & Sauromata, & in universum, qui supra Pontum habitant, quanto spatio absint ab Atlantico mari, aut an eò usque pertingat. Atque ignoratione horum locorum factum est, ut audirentur, qui Rhiphaea juga ac Hyperboreos commentum sunt: taliaque de ora Oceani mendacia traderet Pytheas Massiliensis, præscriptione usus narrationis rerum caelestium, & mathematicarum. Hæc ille ævo quidem Imp. Augusti; verum quam exigua reliquarum orarum portio indè ad usque tempora Plinii & Taciti Romanis innotescere potuerit, patet ex

eorum-

eorundem locis allegatis. Cui concinit *Polybius*, cujus verbis ita concludimus: *Quidquid inter Tanain & Narbonem ad septentrionem vergit, hætenus nobis est ignotum: nisi quid posthac curiosa investigatione de eo tractu didicerimus. Qui de his locis aliter loquuntur aut scribunt, proimperitis & fabularum concinnatoribus sunt habendi.* Nihil itaque cujusquam horum auctoritate certi, de Germaniæ vetustis ad septentrionem finibus, constare; multoque minus Scandinaviam quæ continens, & talis qualis nunc esse comperta est, Germaniæ accenseri posse, vel debere, Sole meridiano clarius est.

G. S. die 16. Martij 1669.



GEORGI Stiernhielmi
DE
HYPERBOREIS

Dissertatio.

DE HYPERBOREORUM situ, & Qui revera uerint; multa & varia nugantur Græci; Quippe totius Orbis terrarum Borealis ignarissimi. Post Riphæos montes ad littora maris glacialis, in Asia; alii, ultra extremam Scythiam; alii in Europa ipsos collocant. Hecateus, scriptor vetustissimus, insulam Galliæ oppositam, Hyperboreorum patriam esse, prodidit. Omnes tamen in eo conveniunt, quod Arctis, subjecti, in vel ultra Aquilonem, sitii fuerint. Posterioribus vero, quæquam reperitur montes Riphæi, eosdem, putarunt Alpes esse, eosque Hyperboreos vocarunt, generali nomine, omnes, qui Boream, versus cis Alpes habent, bitarunt.

bitarunt; Gallos, Germanos, Daniannos, quos alias Celtas; itemque populos Septentrionales, quos Scythas, & CeltoScythas alii appellaverunt. Unde patet; Hyperboreorum nomen alias latius, alias strictius, pro Gentibus scilicet ad Boream ultimis, capiendum esse; idque de Europæis, Germaniæ adjacentibus, & olim ipsi Germaniæ accensuris. Quibus nimirum omnia ferè, quæ de Hyperboreis dicuntur, conveniunt; licet fabulosa nonnulla, ut fit in antiquissimis, quæ solâ famâ constant, intercurrant. Insulam esse, Siciliâ non minorem, eamque Galliæ oppositam, prodidit Hecateus, quam ex eo Stephanus vocat **ELIXONAM**. Scandiam nostrâ, quæ Peninsula est, notum est, omnibus Scriptoribus antiquis pro Insula habitam; Et, quod magis est, eosdem totam Scandiam, quæ una est, in diversas & plures Scandias, diremisse, plurimasque insulas, diversissimis nominibus,

minibus, & situ ex, una fecisse; Bannomannam, Abalum, Baltiam seu Basiliam, Finningiam, Dumnam, Nerigon, Bergos, (ut, quæ reverà sunt insulæ, Oonas, Hippopodes, Fancias, & alias taceam:) quæ omnes una sunt Continens, & Chersonesus; Scandia, aut Scandinavia Plinio dicta in se comprehendens Suethiam, Finningiam, Nerigon, hoc est, **Norige**, Norvegiam, ejusdemque Emporium Bergen, etc. Elixonam, sive, ut legit diligentissimus Geograph. Ortelius, Elixoiam, non absurdè suspicabor esse Elixoram, aut Elxenoram, vulgò Helschenör; nisi Helixondam, vulgò Heligfond, oram & insulam adjacentem Norvegiæ, mavelis, à qua non procul absunt, Promontorium, in quo rupes in mare propendens, cui nomen **Rals/en Coc**, Calpium scilicet Orphei in Argonaut. & Charybdis, quam Acheronta vocat idem, vulgò **Mal. Ström** & **Musfe-ström**.

(132)

Viris doctis, etiam umbilicus maris dictus. Sub quo nomine, vide omnino Ortelium in Thesaur. Geogr. In qua opinione non leviter confirmat dictus Ortelius in Thesur. Geogr. sub voce Hyperboræ. Ubi asserit, nullos circa Tanais fontes existere montes, idque doceri testibus oculatis, & fide dignis; nec alios pro Riphæis se habere, quam qui Scandiam Peninsulam, à Meridie versus Septentriones ad Oceanum usque, in duas partes dividunt, quos Olaus Magni Doffinos, & Dofra-Fiell nominat. Quos esse putat Riphæos, quorum Orpheus in Argonaut. meminit, & quorum verticem, dicit, vocitatum Calpium. Idem Orpheus, inquit, ibidem habent Acheron, locum quem interpretari ausim Abyssum illum, quem nostri Umbilicum maris appellant. Etymon, locus, & natura hujus loci, ad credendum me impellunt. Quid nisi? Vocem enim Germanicam

puto,

(133)

puto, & idem significare quod Abyssus. Acheronta enim nihil aliud est, si interpreteris, quam sine fundo; ab a, vel af privativis particulis & gronde, fundus; **Afgrond** i. e. abyssus (ex quo Græcâ pronunciatione factum ***Χερον**) Orpheum a. vocem hic indigenarum, ut loci propriam, retinuisse verisimile est. Incolas enim hujus tractus Celto-Scythas nominant Strabo, & Plutarch, in Mario, & Celticam sive Germanicam linguam, ibidem hactenus in usu esse, scio. etc. Hæc Ortelius.

Riphæos itaque statuit Scyonem esse Plinii ap. Ingevones montem, qui nullus alius, quam nostri **Dofra. Stars. & Sula. Siállar.** etc. Scythiæ etiam ab antiquissimis Autoribus, ut supra docuimus, annumerantur dictæ insulæ, ita ut extrema Scythiæ claudant; undè non immeritò Aristoteles, Hyperboreos ultra extrema Scythiæ (verius Celtas scilicet.) collocat. Quid quòd

Dionys. Afer, in littoribus Rhiphæis montibus proximis, tradit Electrum legi; Quod tantum Basiliæ tribuitur. Quam Baltiam sive nostram Scandiam esse, nemo, credo, negaverit, Eandemque Hyperboreorum Hecataei insulam esse, confirmat situs planè idem, quem Basiliæ tribuit Diod. Sicul. l. 5. c. 23. ubi: E regione Scythiæ supra Galliam in Oceano, Insula jacet, quam Basileam vocitant, in hanc Succinum largè à fluctibus expuitur, alias nusquam in Orbe terrarum se exhibens. Quæ quidem de Succino, licet sint erronea, locorum tamen identitatem evincunt, quatenus diversis nominibus unum, quod nusquam terrarum, nisi una illa regione, inveniri præsumitur. Juvat etiam, quod licet in ipsa Basilea seu Scandia non colligatur; ex adverso tamen, vix unius diei navigatione, in littore opposito, in proxima scilicet vicinia, provenit. Ex situ itaque puto lique-

lique, Hyperboreorum insulam Scandiam esse; Jam ad reliqua.

Suprà retulimus ex Diodoro APOLLINEM una cum CYBELE ad Hyperboreos profectum, in patriam scilicet ut loco citato docet Cicero; Etiam si Græci eum in Delo natum, mentiantur. Hic tertius proditur Apollo, Jovis & Latonæ Filius, omnium eminentissimus, cui uni tribuuntur omnes res gestæ aliorum. Quatuor facultates eximie illi præ reliquis, tribuuntur: Divinatio, Medicina, Musica, & sagittandi Peritia, easque Eum à Matre Latona accepisse, ferunt. Iis artibus Septentrionales Scythæ sæper præ omnibus gentibus, claruerunt. De Hyperboreis audiens Diodor. sæpius citato. l. 2. c. 47. hæc scribentem: Nunc postquam Boreales Asiæ tractus descripsimus, Hyperboreorum quoque res prisca annotare, non inconveniens arbitramur. Nam inter Antiquitatum Scriptores, Hecataeus, & nonnulli alii tradunt,

(136)

contra (a) Galliam in Oceano,
(b) Insulam esse, non minorem
Sicilia, Arctis v. subjectam,
quam Hyperborci incolant; sic
vocitati, quod (c) Borea vento
sint remotiores. Solum hic op-
timum esse ac fructuosum, op-
timeque temperatum, ac pro-
pterea bis in anno messem fi-
eri (d) Latonam hic natam fa-
bulantur; (e) ideoque Apollini
præ Diis aliis cultum deferri. (f)
Et quia Deum hunc quotidie, per-
petua laudum decantatione cele-
brent, & summis prosequantur
honoribus, homines illos, velut
sacerdotes Apollinis (g) esse, per-
hibent; Cujus Lucus (h) ibi ma-
gnificus, & Templum insigne ro-
tundâ forma, donariisque mul-
tis (i) exornatum. Urbs quoque
DEO huic sacra (k) Civium ple-
rique Citharistæ, qui citharas
infano pulsantes, sacros DEO
hymnos canant, quibus gesta
ejus honorificè prædicentur (l)
Lingua Hyperboreis propria.
(m) & singulari Græcis benevo-
len-

(137)

lētia ex antiquis inde temporibus
confirmata (n) additi sunt. Im-
primis Atheniensibus & Deliis.
Quin Græcorum nonnullos ad
Hyperboreos trajecisse, & dona-
ria reliquisse, (o) Græcis literis
inscripta, fabulantur. Sic & Aba-
sin quondam in Græciam inde
profectum, pristinae cum Deliis
amicitiæ & cognationis neces-
situdinem (p) renovasse. Hoc in-
super memorant, Lunam ex hac
insula ita conspici, ut parum
â terra distet, & terrestres quos-
dam tumulos in facie repræsen-
tet. (q) Deum Apollinem un-
de vigenis annis semel insulam
adire, quo spacio Astrorum in
pristina loca revolutiones per-
ficiantur; ideoque XIX anno-
rum circuitum Magnum â Græ-
cis annum (r) vocari. In hac
Deum apparitione citharâ psal-
lere noctu, & choreas agitare
continè ab æquinoctio Vernæ
ad Pleiadum usque exortum,
suorum se laudibus successuum
oblectantem. Urbis imperium

I 5 & sum-

(138)

& summa templi cura penes Boreadas, progeniem Boreæ, qui Gentili successione Principatum (s) in eunt

(a) γαλλοσίαν. Nomen generale est, comprehendens non solum Galliam, sed & Germaniam, Cluv.

*Galliam ve-
terib. dictã
fuisse etiam
Germaniam
ipsam docet
Aventinus.
& alii, quos
vide ap. Ges-
ner. in Mi-
stridate. p.
26. Eandẽ
lingvam fu-
isse Gallicã
& Germa-
nicam. ibid.*

Gallos, antiqui Scriptores vocarunt Germanos; Celtas vocarunt in specie, Gallos. Hyperborei sunt Galli Boreales, hoc est Germani. Insula v. Hyperboreorum est Scandia, quæ & Baltia.

(b) Insulam esse Scandiam seu Scandinaviam omnes Antiqui crediderunt.

(c) Boreæ terminum statuerunt Extrema litora Continentis; Insulam quæ ultra jacebat, Hyperboream vocabant. *Ytter-norst/ Öfwer-Nordlingar.*

(d) De fertilitate soli Gothici, seu Scãdici, vid. Joh. Magni. lib. I. c. 14.

(e) Cic lib 3. De Natura Deorũ.

(f) P. Mela l. 3. c. 5. Solin. c. 21. Pindar. Olymp. Od. 3. Calli-

(139)

Callimach. Hymn. in Del.

(g) Itã ait Chron. Norv. & vocat eos *Diar/ & Drottar.*

(h) Luci, ad Templum Upsal. mentio, fit ab omnib. passim Historicis.

(i) Nullus addictior & frequentior Deorum cultus, nullum Templum in tota Septentrione, sive Asiam sive Europam cogites; priscis temporibus, quam apud Sueonas, Sigtunenſe, & post Upsaliensẽ, catenã aurea cinctum, quod ædificavit Frei filius Nori, seu Nordi, h. e. Boreæ, ut ex antiquissimis memoriis prodit Chron. Norv. editum lingnã Islandica, ab Islando Snorrone Sturlæ filio, qui vixit circa Annum à nato Christo. 1215.

(k) Urbs hæc Upsalia est, sacra Deorum & Regum sedes, totius Septentrionis caput & Metropolis, ut testatur, præter multos, Chron. S. Olavi Regis Norv. M. S.

*Consentien-
tem vide
Stephanium
ad Sax. in
Notis pag.
134. n. 17.*

Nulla

Vide Steph
ni Praefat.
Saxonis, &
Verel. in No
tis ad Gault.
Saga c.
7.

(1) Nulla gens Musicæ & Poësi, magis dedita quam Boreales quibus ab initio Poëtæ Scaldi dicti, qui Deorum hymnos, & Heroum, res gestas, Rhythmis & Cantilenis consignarunt, Vid. Cæsar. & Tacit. Quas in Deorum & Regum Solennibus, jam assâ voce, jam ad Citharam cantabant. Qui mos hodiè etiamnum durat ad eò ut nullum usquam pauperrimi etiam agricolæ tugurium ingrediatis, ubi non inuenias Citharam, aut Monochordium, aut Lyram, aut aliud aliqvod instrum. Musicum. Omnes ferè sunt fidicines, Statius Sylv. lib. 2.

-- Getici cedet tibi gloria plestri Orpheus etc. ---- Geta fuit.

(m) Linguam ipsis propriam, eandemq primigeniam, volente Deo, demonstrabo

(n) Græcorum commercia, & mutuâ amicitiam ab antiqvissimis temporibus, contestantur omnia nostra monumenta vetera. Vide Joh. Magni passim. Literas

(o) Literas Runicas nostras Græcas esse alibi demonstro.

De Abari, huc transcribenda erit Historia ejus ab eo Gothos vel Hyperboreos didicisse dogma & symbola Pythagorica verisimile est. Qvalia sunt. etc.

(p) Cognatio cum Græcis in Stipite Japheti incipit. Hinc quoque lingvarum utriusque cognatio, demonstrabitur per totum Opus meum.

(q) Lunæ peculiarem ap. Septentrionales splendorem & serenitatem celebrant multi, præsertim Tacitus. Causa naturalis est aer nocturnus, frigoris intensioris siccitate serenatus.

(r) DE XIX annorum circuitu, quem à Græcis magnum annum vocari ait, intra quem Astrorum in pristina loca fiant revolutiones. Quilibet videt Cyclum Lunarem Enneadecatericum intelligi, quem idem Diosdorus lib. 12. c. 36. Annum Metonis nuncupat, (hodiè Epactas & Numerum Aureum appellamus

mus) De quo vide Joseph. Scal. de Emēdatione Temporum lib. 2. de Anno Metonis, p. 53. & de Periodo Hipparchi etc. mihi p. 70. De Anno v. quem per Excellentiam Magnum vocabant, & 1295 4. annos communes includebat, vide Salmaf. ad Solin. p. 554. Adde. Serv. ad Æneid. 3. Hic 2. annus Magnus, de quo Diodoro sermo est, Metonicus dicitur. De quo Censorin. Præterea sit Anni magni complures: ut Metonicus, quē Meton Atheniensis ex annis undecyiginti constituit, eoque Enneadecaëteris appellatur, etc.

Obstupeſco dum hæc lego! hæ sunt Fabulæ? Nihil minus. Luculentissimum certè & manifestissimum testimonium antiquissimæ culturæ nostræ gentis. De quo plura deinceps. DEum Apollinem, dicit, exacto quoque XIX annorum circuitu, Insulam adire. Citharâ psallere noctu, & choreas agitare &c. Hæc non tam sunt fabulæ

bulæ, quam superstitiosa credulitas simplicissimæ Antiquitatis, absque quo, nemo, qui æstivarum noctium, apud Septentrionales, Lucem & amoenitatem; tripudia & gaudia, ipso Phæbo, aut saltem radiis, ab æquinoctio verno ad Pleiadum usque exortum (quod de regionibus Borealibus verum) nusquam disparantibus, expertus est; non videt apertam Allegoriam, quâ ipsi Deo tribuuntur ea, quæ in ejus honorem fiebant à cultoribus. Et certè illustri Tropo seu ænigmate, dicitur Apollo, qui ipse Sol est, nocte tota, (ut audacter dicam) dignus & conspicuus, choreas (colentium se) agitare. Quid quod etiamnum hodiè plebeia simplicitas credit, imò se videre asseverat, verno tempore Solem exorientem tripudiare. Et vident, sed falsi & decepti, interceptis matutinis, prope terram humorem, exhalantium vibrationibus. Antiqua tamen hæc perigallo est quam vulgo

vulgo imperito ægrè exetheris

Paria de iisdem, ut eadem agnoscas) disertis verbis memorat C. Tacitus de Morib. Germ. Trans Svionas aliud mare, pingrum, ac propè immotum, quo cingi claudiq; terrarum orbem hinc fides; quòd extremus cadentis jam Solis fulgor in ortus edurat; adeò clarus ut sidera hebetet. Sonum insuper emergentis audiri, formasqve Deorum, & radicos capitis aspici perivasio adjicit. Quid magis geminum;

(1) Urbis imperium, & summa templi cura etc.

Hæc profectò non sunt Fabulæ; confirmantur etenim ab antiquissimis Historiis nostris; Eademqve vicissim Historiarum nostrarum veritatem simul & antiquitatem confirmant.

Certè oportuit Græcis cum Nostris antiquissimum fuisse commercium; magnamqve commanionem; quandoquidem hæc rã abstrusa, & hodiè æmini
antea

ante observata, ipsis innotuerunt. Id enim quòd de Boreadam imperio & successione, non, minus quam de Templo, de Sacerdotio, de Anno magno, & pluribus retulit Diodorus, Historiæ antiqve nostræ & veritati ad ungvè respondent. Sic enim habet *Chron. Norv.* ex vetustissimis memoriis concinnatum: Othinum, (quèm post fata, Deum coluerunt) ex Asia in Sveciam tunc Temporis Scythiam minorem nuncupatam, profectum, secum inter plures adduxisse comites, quos deinceps Provinciis Judices constituit. Niordum, & Freium ejusdem Niordi filium; Quorum illum Provinciæ Moatunã, (Noatuna habet Edda:) Hunc Urbi Upsaliæ præfecisset. Othino vero mortuo, in regno Sveciæ successisse Niordum, & huic Filium Frei, qui Templum Upsalense ædificavit; & huic Filiam Friggam, sive Freiam. Quæ cum Patre, & avo, juxta ipsum Oden, in Deorum numero

